Res- 81

Th6881

R 375313

C 194468

S. R. Lit. h. cap. 2
2 - 9
Res. 81

¶ Joannis genesij sepulueda dialogus, qui inscribit theophilus, siue de ratione dicendi testimoniũ in causis occultorũ criminũ, ad optimum et illustrissimum virum. D. Fernandũ sylua m comitem Centifontanum.

¶ Prefatio.

Trum boni viri sit, magnis commodis adhortãtibus, quidq̃ facere preter honestatem, quam susceptam constet non mediocre damnum allaturam, sepe et a multis dubitatũ est Fernãde sylua comes inclyte cẽtifontane. Importuna videlicet questio, et excelsis, ac magnis animis indigna deliberatio. tu vero, cui propositum est, semperq̃ fuit, virtutem colere, constãterq̃ gloriam maiorum tuorum emulari, vt nulla sollicitari soles id genus consultatione, sed omni loco virtutis laudem quãlibet magnis commodis afferre: sic eas questiones in primis odisti, que vtilitatis afferunt cum officio et honestate contentionẽ: contra vero ijs delectaris maxime, cum ab hominibus doctis disputãtur, que declarant, duarum rerum honestarum vtra honestior, ac bonis viris suscipienda potius esse videatur. Neq̃ vero solum tales philosophorum disputationes libenter audis, cum otium sumis a reip. mu-

neribus, quę cęsaris legatus Romę cũ egregia tua laude geris: sed te quoq; iuuat interdũ pro tua singulari prudentia, et acerrimo ingenio philosophari: et cum viris eruditis res in hoc genere cõtrouersas, ⁊ scitu dignas disserere. qualis nup quęstio a te fuit, et prudẽter proposita, ⁊ magno ingenio disputata. Cũ sermo incidisset de ratione occulta crimina cęlandi. Aderat enim q̃dã prestãti doctrina theologus, qui rogatus a te: num quãdo liceat bono viro, ne sociũ lędat roganti se iudici veritatem quauis arte verborum occultare inficiando: cum suam sentẽtiam exposuisset, quorũdam iuniorũ theologorũ decretis consentaneã, magna fuit vobis ⁊ dissentiens altercatio, dũ ille charitatis iura, atq; humanitatis vrgeret: tu religionẽ opponeres, et sacramẽtũ veritatis. qua de re cum parũ vobis conuenisset: et cõtrouersiã ipe cuperes accuratius excussam certa ratione definiri, me qui tunc Romę agebam, post paucos dies, quid esset mei iudicij rogasti: ac tibi ex animi sentẽtia suffragãtem rationibus aduersarij doctissimi (qui forte aderat) respondere iussisti. instituta igitur hortatu tuo, in longumq; protacta disputatione, dum vterq; suã sententiam diligenter tueretur, nihil tamen certi definitum est: tum propter varios, et difficiles quęstionis explicatus: tum quia fit nescio quo pacto, vt quã quisq; sentẽtiã rogatus dixerit, hãc licet in cõmune cõsulteẽ, nõ modo velit esse potiorẽ, sed interdũ etiã minus phabilibus rõnibus, quã quibus niti videat dissentiẽtẽ, sibi ꝓpe modũ ꝑsuadeat: nec prę officiũ

intelligat:et vere ad mentem non modo meã,sed eti
am ipsius respondeo. Nam cum ille me de ijs crimi
nibus roget,in quę iure potest inquirere,hoc est de
non occultis, sic enim interpretor: ⁊ iure interpre
tor ipsius animũ:ego itidem respondeo,me nihil sci
re,eorum videlicet de quibus ille me rogat: et recte
atq; vere respondeo. Nam siquis me roget hodie:vi
derim ne Titium,quem ipse queritat,cum heri am
bo fuerint apud me cęnati:vere negem,si non vide
rim hodie: quippe recte intelligo,de hodierno me
die interrogari. Nec aliter video in vsitatis,et ani
uersarijs inquisitionibus collegiorum: et cęnobi
orum vel iudices, vel sodales scholasticos / et mo
nachos, tum edicta, tum rogata,et respõsa inter
pretari. Theo.ingeniosum commentũ ⁊ speciosum:
sed nihil habens aut parum veritatis: non quin re
cte,et vere sic respondeat,siquis exploratum habeat,
iudicem sua verba in eum sensum accepturum: sed
quia in ijs quas dicis(et similibus inquisitionibus)
non indocti,nec imprudentes iudices formulam te
stium rogandorum ab innocentio tertio institutam
non prętermittunt:qua in primis exceptio criminũ
occultorum explicatur:nec equidem video,quomo
do possint eam citra grauem culpam pręterire.sic.n.
episcopo verceleñ rescripsit,formam vero iuramen
ti,quam a clericis nouariensibus super inquisitione
facienda in hoc negocio recepistis,in similibus volu
mus obseruari:vt videlicet iurẽt clerici,q̃ sup ijs,quę
sciunt vel credũt esse in sua ecclesia reformanda,tã in

De acusati.ca.q̃ liter el primo.

capite, & in membris, exceptis occultis criminibus, meram, et plenam dicant inquisitoribus veritatem. Hac enim formula contra legem: prętermissa, indocti homines, ac istius subtilis interpretationis ignari, putantes se de cunctis omnino criminibus interrogari, vel socium prodent occultum crimem indicando vel (cōtra quam ipsi fieri putāt, oportere) peccatum alienum per humanitatem celantes, ipsi se obstringent suo, propter errantem consciētiam, quę vbi nullum est, ibi solet interdum peccatum parere: vt testatur Paulus. Doctiores autem scrupulosa, vel prudenti potius cogitatione rogantis verba perpendentes/quomodo possunt non magnopere dubitare: num sibi liceat, in eum sensum verba iudicis simpliciter loquētis interpretari? ad cuius intelligentiam debent suum responsum accōmodare, cum animis non perspectis, ius sit a verbis non discedere: et iudices interdum de occultis etiam criminibus iure et iniuria videamus inquirere. Phi. Vir doctus, nec supersticiosus verba iudicis perin de ac lege cauetur interpretabitur: nec erit sollicitus, ne quid lateat in iudicis animo iuri atq; legibus aduersum. Vt sacerdotes solent, cum se scire negant peccata. quę per sacram confessionē nouerunt. Theo. Sacerdotis longe alia ratio est. Deus enim et ecclesia, ipsaq; ratio naturalis arcanum sacrę confessionis, quod multis scriptis legibus nominatim est sancitū, tā sanctū esse voluerunt: vt in nulla, prudēti modo ? coacta sic cognitorū peccatorū inficiatiōe possit esse, vel p

Ro. 14.

Despō. capi. ex literis.

putet, omnes animi ingenijq; vires in defensionem eius intēdere. Ita fit sepe, vt ingeniosorū hominum contentionibus veritatis lumen offusis tenebris delitescat. Sed eam questionem mihi postea recolenti et vtriusq; partis momenta rationū accuratus perpendenti, res visa est in primis digna, que non voce tantū: sed scripto etiam tibi, ac ceteris prudentibus, et pijs hominibus explicaretur. Nec enim parū pertinet ad moderandam religionem: ⁊ sepe potest, nisi fuerit dijudicata, bonorum ac religiosorum animos ancipiti consilio distractos perturbare. Itaq; dialogum more veterum theologorum, et quorum est magna in primis auctoritas, confeci duarum fictarum a me personarum: quarum philetus contradicētiū: theophilus nostram sententiā, et sentiendi rationes explicabit. Quem librū ad te mitto, hoc equidem libentius, quoniam video, quam tu sentētiam pro singulari prudētia tua probabas, ingenioseq; tuebaris: hanc veteribus, ⁊ primarijs theologis placuisse. De quo edendo libello quo minus dubitarē ea res effecit, quod cum in hispaniam post continentem viginti duorum annorū italicā peregrinationem Carolū cesarem eiusq; voluntatem secutus redijssem, offendi preter spem, illam veterum ac summorum theologorum consensu damnatam opinionem, quorūdam doctissimorum alioquin ⁊ prime classis theologorū publice docentiū animis penitus inherentem, et fere studiosorū auribus ⁊ mētibus inculcatā: vt si veritas in hac cōtrouersia recte (quēadmodū spero) fue

rit nostra vel industria vel diligentia, asserta et patefacta, verendum nõ sit, ne temere aut parum vtiliter hanc scribendi curã ⁊ laborem suscepisse videamur. Vt igitur res quasi agendo, non velut enarrãdo proponat, sic enim cõmodius disputãtiũ rõnes explicari videntur: dabimus hoc differentibus exordium.

¶ Personę dialogi, Philetus, et Theophilus.

¶ Caput primum. Phi.

Prouer. 11.

Ir bonus semper celabit occultũ cuinsq; crimen: scriptũ est enim in libro puerbiorũ, qui ambulat fraudulent reuelat arcana: ꝗ aũt fidelis est: celat amici cõmissuz. Theo. Etiã ne in reipublicę discrimine tacebit? vt si crimẽ spectet in pniciẽ ciuitatis? Phi. Ne quaq;: sed tali reipublicę tpore diligẽter conabit scelestũ illũ hominẽ a cogitato scelere deterrere: si tñ dehortãdo nihil pfecerit: nec alia honesta ratione obuiã iri posse videat veniẽtibus malis: nõ dico reipublicę, sed vnius innocentis hominis salute poscente, cogitatũ illud crimen deferet ad eos (Augustino auctore) qui magis pdesse possint, quam obesse: vel ad magistratus. si rei magnitudo postulabit: vel ipum, cui malum paratur admonebit: et hęc omnia pro ratione christianę charitatis prudenter moderabitur. Theo. Recte tum quidem, et ex pręceptis christianę philosophię boni prudẽtisq; viri officium in tali causa ac difficultate expedienda mihi videris, atq; paucis explicasse. Non igitur semper occultum crimen alterius est ce-

Vide tho. 22. q. 33. ar. 7. et. 4. senten. di. q. 2. ar. 7. ad secũdũ argumẽtũ. q. 1. et gabri. in can. lect. 74.

landum. Phi. Semper quidem: sed nisi ex celando extiturum esse constet maius aliquod alterius damnum, quam quod auctor criminis, si pditus esset incurreret. Numq̃ est enim committẽdum, vt quidq̃ faciamus contra legem naturę, et diuinam, quam violari constat, si quis indicet alterius occulta peccata. Nam si quisq̃ recta ratione velit, suum occultũ crimẽ ab altero non prodi, omnes tenemur alterius occulta crimina celare lege naturę: quam christus in euangelio cõfirmauit his verbis: omnia quęcumq̃ vultis, vt faciãt vobis homines, ita et vos facite illis: hęc est enim lex et prophetę. Item quia recte nemo vellet, suam famam ab altero deturpari (quod maxime fit occultis criminibus pdẽdis) hac quoq̃ ratione iuris est et diuini, et naturalis occulta crimina celare. Theo. Recte tu quidẽ docuisse mihi videris, scelus esse temere sociorũ occulta crimina deferre: ꝛ ipsos pcfis prodẽdis infamare: nec id mihi fuit vnq̃ dubitabile: sed si homicidiũ (exẽpli causa) te vno vidẽte fuerit patratũ: et cadauere ppe domũ tuã repto, prętor auctorẽ sceleris inq̃rens, te vocet, ac de homicida pconctet, quid iuratus huic iudici respondebis? Phi. si me vocauerit nõ parebo. Theo. Quid si te venire coegerit? Phi. iurare ac respõdere q̃tenus potero recusabo. Theo. Resistes igit, quãtũ erit ĩ te, ptãti sublimiori: ac pinde ordinationi dei: cui qui resistit, sibi dãnationẽ adquirit auctore Paulo. Phi. Nõ resistit potestati, q̃ nõ paret iniq̃s eius impatis. nam pręfectis potestatẽ ad edificationẽ esse datã, nõ

Math. 7.

Roma. 13.

1.cor.13. ad destructionem, idem paulus testatur. Theo. An tibi videntur iniqua imperata, quę huc pertinent: vt sontes pro sceleribus cõmissis plectantur? ab eo qui dei minister est, vinder in irã ei, qui malũ agit? Phi.

Roma. 13. Deute. 16. Quod iustũ est, id deus iubet, vt iuste exequamur: prętor autẽ vinder est, ꝛ iuder criminũ manifestorũ: occulta peccata dei iudicio reseruãtur: siquidẽ homo ea tantũ videt, q̃ apparẽt, deus autem intuetur cor:

1.Reg.16. vt est in libro regũ: ac vt paulus testatur: deus in die

Roma.2. iudicij occulta hominũ iudicabit. Qua de re sixtus secũdus papa ꝛ martyr in epistola, q̃ est ad episcopos hispaniarũ, hęc sanctissime, ac prudentissime scripta reliq̃t. Eorũ (inquit) q̃ homini sunt incognita, solus

Ex li.concili. deus iuder est iustus. Et paulo post: nullus ergo põt ex humano cõdemnari examine, quem deus suo iudicio reseruauit. Inquam sententiam vrbanus secũ

Distin.32. erubescant. dus in quoddã rescripto taxans quorũdam clericorum peccata: de manifestis (inquit) loquimur, secretorũ aũt deus cognitor est, et iuder: prętori ergo male rempublicã administranti, ac pręter leges et officiũ suũ, inquirenti in occulta crimina, qui paret, hic non sequitur dei ordinationem, sed comes efficitur peccãtis. Theo. Illa quidẽ oracula sunt scripturę sacrę, et nemini christiano dubitãda: nec est q̃ refraget his sixti vrbaniq̃ põtificũ decretis: q̃bus declaratur, vnius esse dei hominũ cogitationes pspicere: ꝛ nullũ crimen quãlibet occultũ posse diuinũ iudiciũ effugere: huc enim ptinere dicta põtificũ, declarãt, prima verba sixti in eodem loco, q̃ tamẽ fuit a zeferino mu-

tuatus. Nã de occultis (inq̃t) cordis alieni temere iudicare peccatũ est: ⁊ cuius nõ videtur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere. Item quã vis vera sint (inquit) non tamen credenda sunt, nisi quę certis indicijs comprobantur: nisi quę manifesto iudicio conuincuntur: nisi quę iudiciario ordine publicantur. Quo fit vt etiam si qui testes iurati, dum inquiritur in aliquem, se videtibus confirmẽt, crimen aliquod ab eodem admissum: non tamen liceat per leges pontificias in ipsum animaduertere, si crimen nulla nec popularis querela, nec fama precesserit. Ad summam ne talia testimonia iudices admittãt: neue propter famosos libellos clam summissos in quenquam de criminibus occultis inquirãt, cautum lege est innocentij tertij pontificis maximi. His tamen non efficitur, vt prę̃ses prę̃ter officium suum faciat, cum admonitus homicidij manifesti quidem, tamen occulte cõmissi auctorem eius cunctis rationibus inquirit: nisi forte volumus damnare ius gentiũ et leges, tũ ciuiles, tũ etiã pontificias: q̃bus cauetur, vt prę̃sides ac iudices quorũdã etiã occulte cõmissorum criminũ auctores, diligenter per coniecturas quoq̃, et indicia ꝓquirant, ⁊ his magnis suppetentibus tormenta etiam suspectis adhibeant.

Capi. inquisitionis de accusa. Et inquisi. §. tercie.

Caput secundum.

Non est ergo ius omnia crimina occulta inuestigare: sed multa patrantur occulte, quę clamoribus popularibus ad prętorẽ deferũtur, in quę iudices inquirire solẽt:

et iure solent(vt Innocentius tertius scripsit in con
cilio generali)et auctores inuestigare : et quoniam
huiusmodi est homicidium ᶜ de quo est nobis su-
scepta disputatio:idcirco iudicis est officiũ in ipsum
diligẽter inquirere:et quos visum fuerit adactos iu
reiurando de homicida illo perconctari. Nec vero
solũ extra dubiũ bonus et religiosus ciuis prefecto
reip.obtemperabit:sed etiam si ambigat,iure an se-
cus ab inquirẽte iudice interrogetur,parere debe-
bit:et si quid sciat indicare. Nam rebus dubijs fas
est de magistratuũ cõsilio et iudicio recte sentire : et
ipsorum iussa facere,quippe quorum voluntas et au
ctoritas pro ratione debet esse dubitantibus,vt ipsa
ratio docet,ꝛ viri prudẽtissimi tradidere: quo plane
intelligit cõtra iustitiã esse,pretori officiũ suũ ad hũc
quẽ dicebamus modũ obeũti,et que iusta esse ducit
precipiẽti nõ parere. Atq; eo magis qd talis reticẽtia
posset esse in causa: vt innocẽs quisquã ꝓpter suspi-
ciones nõ cõtẽnendas illas quidẽ,sed tñ vanas indi-
scrimen,vt sepe accidit,nõ modo famę, sed etiã vitę
tormẽtis adhibitis vocaret. Phi. Ista quidẽ ratio-
ne nõ nihil moueri poteram: sed me cõfirmat theo-
logorum ille consensus,testimonium ferri d occultis
criminibus nõ deberi. Theo. Theologorum cõsen
sui/nũquã(si me audies)refragaberis:ſz vide ne nul
lus theologorũ exceptionẽ illã nõ admittat : dũ mo
do occulta crimina fama sinistra nõ ꝓcesserit. Phi.
Scio istã exceptionẽ pleriſq; oĩbus theologis pla-
cuisse:sed auctor eius,de quo querit homicidij nul-

Capi. Qliter de accusa.el. 2.

Ad aliud. 4.sent. di. 19.q. ultima

la criminis eius antegressa fama grauat: talē enim causam cōfingimus. Theo, est vt ais: atq; ideo pręter officiū iudicis est, in eū priuatim, ac nominatim inqrere: sed quoniā homicidiū patratū esse constat, ppto fortassis ipm, et certe bonis viris de testātibus, prętor nō potest auctoris inuestigationē sine magna culpa negligere. cū autē de crimine nō dubitat: quo ptinet inquirēdi sollicitudo, nisi vt auctor eius occultus patefiat inuestigatus? Phi. hoc ergo crimē manifestū esse dicis, nō occultū, quāuis auctor ignorēt: ac pinde ius esse, vt prętor auctorē inquirat, et inquirēti pareat: si hoc igit asseueras, nihil pugno. Theo. At pugnabas paulo ante: et te iudici negabas vlla rōne obtēperaturū. Phi. Scilicet qr nō aniaduertebā, crimē illud ex parte manifestū esse: ac hmōi, vt more ac iure possit in ipsum prętor inquirire.

Aide. ic. gerso nemteparte. 2. alph. 34.

¶ Caput tertiū.

Ed faciamus non mō auctorē, verū etiā crimē ab oībus, pterq; a me et eo, q̄ cōmisit ignorari, exēplī causa: faciamus innotū quēdā ꝛ pegrinū hoiez a tuto ruri suo fuisse, me vno cōscio interēptū, ꝛ humatū, quē nemo vnquā postea ī vbe req̄siuerit: oībus tituū virū eē bonū existimātibus, et abhorrētē a talibus criminibus, at seuerū, ac potius importunū iudicē edictis monere populares, vt ad se oīa cuiusq; gnis homicidia in vbe patrata deferāt: magnis pęnis ꝓpositis, si q̄s cōscius nō indicauerit: tūc me pfiteor, nec iudici pariturū: nec (vt res hēt) si me testificari coegerit respōsu

rum, ne ſociũ infamem, ⁊ perdam occulto crimine prodẽdo. Theo. Etiam ne propoſito ſacrorum interdicto (quod ſi placet vocentur etiã a nobis, vt vulgo ſolet) excõmunicatio, imperium detrectabis? Affingamus enim rẽ geri Bononię: vbi pręſes habet vtrũq; iuſtitię q̃ſi gladiũ. Phi. Ego vero nihilo minus. Nã in quo mihi iudex imperare iure nequit, in hoc meum nullum erit peccatum, ſi temere imperioſo non paruero: interdicere autem ſiue (vt nunc loquimur) excõmunicare, neminem licet niſi propter capitale peccatum: quale illud hominis corinthij, ỏ quo

1. co. 5. Paulus in epiſtola. Theo. Quo tempore, et quatenus mine iudicis, ⁊ imperata negligenda eſſe videantur, poſt ſi tibi videbitur diſſeremus: nec erit fortaſſe

Vide. th. 22. q. 33. ar. 7. ad. 5. arg. nobis hac de parte cõtrouerſia: nam tibi facile equidem aſſentiar, talia iudicũ edicta et imperata ſic eſſe accipiẽda: vt putemus aut ipſos nolle de criminibus occultis inquirire: aut ſi velint, non tamen eſſe parẽdum iniuſtis eorũ imperatis. Nunc illud videamus, quod ais, te ſi coactus fueris dicere teſtimonium, ne tunc quidem, vt res eſt indicaturũ: iſta enim oratio, quã vim habeat, non ſatis intelligo. Aliud eſt enim

in. 5. p̃s. habet 22. q. 2. nequis. cęlare verum quod bono viro multis in cauſis permittitur: aliud falſum dicere mẽtiendo: quod auctore Auguſtino non datur, vel pro vita hominis, ſine crimine: iuratus ergo quid tunc iudici reſpondebis? Phi. Crimen diligenter cęlabo: et me dicam nihil ſcire, nec notã verebor, ſi quis mihi mendacium obiecerit: quoniã cũ ſic loquor, ea dico, quę plane iudex

iuriũ, vel mẽdaciũ ꝓpt sacramẽti huius maiestatẽ, et
maximã publicãq; religionis christiane pturbatio-
nẽ: quã existere necesse esset si quo tpe, siq; ve rõne re
ligiose cõfessum ꝓdere liceret. Tũc.n. quis nõ timi-
de, atq; cunctãter ad hoc sacramẽtũ accederet? im-
mo vero ḋs nõ vehemẽter a sacra cõfessione deterre
retur, qui mõ sibi cõscius esset criminis alicuius, quo
patefacto, posset infamie, et fortasse salutis etiã peri-
culum adire. Itaq; thomas peccatorum in cõfessio- 4.di.21.q.3.ar
ne cognitorũ occultationẽ esse dicit de substantia sa-
cramẽti: qõ nemo tribuit alteri cognitioni: siquis se-
cus nouerit q̃libet occulta crimina: quippe que mul
tifariam licet interdum indicare. Preterea sacerdos
aliam personam induit, dum sacramentum admini-
strat, aliam dũ testis producitur inuitus. Hic.n. priua Uide. palu. li. 4
tam magistratibusq; subiectam: illic christi personã di.21.q.3.
gerit, cuius est administer, nullo ne põtifice quidem
maximo inferiorem. Ut autem que vel iuratus quis-
q; promiserit, vt publica persona, ea priuatus cũ abi
erit magistratu prestare non tenetur: nec propterea
quod non fecerit periurus habebitur, sic qui ne-
gat se scire priuatus, que nouit vt minister dei ac sa-
cramenti, non mẽtitur, nec periurium incurrit. que
psonarũ diuersitas nulla est in teste, qui rogatur de
criminibus occultis. Ut.n. ꝑuatus nouit, sic priuatus
ꝓducitur, vt dicat testimoniũ. Atq; hec quidẽ a ma
gnis theologis tradũtur, vt sacerdotis illã inficiatio
nẽ vindicẽt a periurio, ꝛ vanitate que palã est, vt dixi

minime in eum conuenire, qui de peccatis occultis testimonium dicit. Ceterum nescio, hac in causa an nihil magis sacerdoti suffragetur, quã publica christianorum doctorum iurta, et indoctorum interpretatio: quę declarat, hunc intellectum habere simplicem sacerdotis inficiationem se nihil scire pręterquã vt deum vel administrum dei, et sacramenti vt siquis aliter verba inficiantis acceperit, sacerdos tamen sit extra culpam et mendacium propter publicam et receptam interpretationẽ. quemadmodum siquis iuret prętori, vera se ad omnia rogata responsurum: nihil opus est, vt addat, illud: dummodo fuero, quę iusta sunt et honesta rogatus: nam ipso tacente lex cõmunis et mos hominũ interpretatur. Phi. Si mos iste, et cõsensus christianorum facit, vt sacerdoti liceat eorum, quę nouit, notitiam inficiari, fuit profecto tempus, cum id non liceret, nimirum ante, quam de hoc inter christianos conuenisset, aut hic mos inualuisset: quod nemo tradit theologorum. Th. fateor, siquod tempus tale fuit: nullum tamen fuisse reor: sed instituta confessione protinus apostolos (vt tutius esset eius arcanũ a tyrannorum violẽtia: neue quis eo timore a confessione ꝺterreret) hãc interpretationem instituisse: magnoq; consensu christianorum comprobatam posteris q̃si per manus voce tenus tradidisse. Quod si cõtẽdas aliquod tẽpus institutę cõfessiõi, et huic interpretationi interfuisse: quo per me non liceret sacerdotibus peccatorũ cognitorum p cõfessionem notitiã simpliciter inficiari,

De iure. iur. ca. quinta nollis.

haud equidē ponam in magno discrimine: modo ne id circo putes, fuisse minus sanctum arcanū cōfessionis. Faciamus enim fuisse. quęris quid tunc faceret sacerdos rogatus a prętore: cui dedisset ius iurādū: prudēter respōderet, si se negaret scire quidq̄ eorū, de q̄bus testimoniū ferre posset aut deberet: aut alia nō dissimili verborū cautione citra mendaciū vteretur. Ego vero his quoq̄ tēporibus talē quādā cautionē adhibere censeo sacerdotes: vt non solū mendacium vitent, sed etiam speciem mendacij: quemadmodum doctissimis quibusdam theologis placere video: prętereq̄ si magna necessitas cogat, pręsidiū petere ab hac, quā dicimus, cōmuni christianorū interpretatione: qua nō dū instituta fortis ac religiosi sacerdotis fuisset, mortē potius oppetere, q̄ vel falsum respondere, vel arcanum confessionis violare: cum neutrum fieri possit sine crimine. Alia ratio, est occulta crimina secus cognita cęlandi: quę interdum non modo citra crimen indicantur, sed etiam officiose: et quorum notitiam inficianti nulla talis legitima interpretatio suffragatur. Phi. Ego vero et legitimam euangelicam interpretationem affero. Christus enim a discipulis se de iudicij extremi tempore rogantibus sic respondisse traditur in euangelio: de die illo et hora nemo scit nec angeli in cęlo, neq̄ filius, nisi pater. Nam cum dubium non sit, quin filius perinde sciat atq̄ pater: filius nescire dicitur, ita videlicet, vt expediret de hoc homines ab ipo doceri: quemadmodū Hieronymus exponit: vel nesci-

Vide gabrielem. iiij sen. di. 21. q. vltima.

Marc. 13.

Hieronymus in Matth.

Hieronymus in Matth.
Aug nihil. 83. q

re dicitur idest nõ facere homines scire: vt Augustinus interpretatur. Cur enim mihi non liceat inficiationem notitię criminis occulti eodem modo interpretari? vt cum se quisq; id nescire dixerit, ad indicãdum nescire intelligat. Theo. Res dubias et ignotas certis et exploratis confirmare solent, qui via et ratione philosophãtur: tu quę obscura sunt, et incerta obscurioribus et magis ambiguis declarare niteris et confirmare. Quid enim magis anceps et dubium est, quã intellectus eius loci, quẽ citasti ex euãgelio? Nam vt missam faciam arrianorum expositionem impietati ipsorum accommodatam: qui verba simpliciter accipiunt, vt filium faciat minorem patre, non ne vides, quanta sit diuersitas explicãdi inter catholicos doctores? Hieronymus quemadmodum dicis enarrat, et item Augustinus, qui in opere de Trinitate aliter locum his scilicet verbis declarat, In omnibus (inquit) quę deus ignorare se loquitur, ignoratione non detinetur: sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio non agendi. Et Paulo post, si itaq; dicit filius nescit, sacramentum est, vt taceat. Origenes nescire accipit pro nõ experiri: et filiũ pro ecclesia, quippe cuius corporis caput est christus. Quidam filium dei non vnigenitũ, sed adoptiuũ intelligi volunt: vt tradit basilius. Nec

4. sent. d. 21. q. 3

desunt, qui affirment illis verbis negari christũ scire q̃tenus homo est: ac (vt ait petrus paludes) p sciẽtiã acq̃sitã, sed p infusam. Nec illa est incõmoda interp̃tatio a qua augustinus nõ abhoret) vt filius nesci-

re dicat a se videlicet, sed a patre: sciētiā enim et quę cūq; filius hēt, habet a pře cū se ipm, hoc est suā essentiā, aqua nō differūt re, quęcunq; in ipa sunt habeat a patre, nō a se. Sic igit nō nulli et alij aliter interpretant. Quod ergo dubiū est: quō intelligi, et accipi debeat in magna sententiarū et enarrationū varietate fundamētū faciemus: quo fulciatur ea sentētia: quā tueri moliamur cōtra veterū et sūmorū theologorū auctoritatē? Et scripturę sacrę ac respōsionis christi mysteriū vel (quēadmodū Augustinus ait) sacramētū, in cuius itelligētia tātopę viri doctissimi laborāt varis modis interpretātes, sustinebimus in vitā cōmunē ad cui uspiam q̄ libet magni viri enarrationē transferre: eoq; nitētes quidq̄ contra nō mō veterū ⁊ grauissimorū doctorū, sed cōmunē hoīm sensuz q̄si legē inducere?

In li. de verbis domi.

¶ Caput. iiij.

Phi. Et q̄d phibet occulti criminis extra confessionē cogniti simplicē inficiationē, tali christianorum cōsensu, similem habere intelligentiā? vt negari quasi pluribus cognitū intelligatur: et tanq̄ respondisset conscius, se nihil scire, quod quidem indicare debeat? Theo. Nihil certe, si de hoc perinde consentiant christiani: sed non consentiūt: nec par est consentiendi ratio. Phi. Satis consentiunt, cum lex omnibus probata sic iudicis simpliciter rogantis animum interpretatur, vt de non occultis videri debeat interrogare:

que interpretatio eodē iure simpliciter respōdētis in ficiationi accōmodat. Theo. Et que tādē lex iudicis animū, aut talē eius oronē interpretatur? Phi. Illa videlicet, que prescripta formula rogādi testes, iudicibus interdicit: ne temere de criminibus occultis inquirant. Theo. Uide quantū opinione fallaris: lex illa docet potius verba iudicis, quibus testes rogātur, nō esse subtilit interpretāda, sed pinde vt sonāt: et secūdū cōmunē intelligētiā accipienda: dū sic formulā prescribit rogandi testes, vt explicet occultorū criminū exceptionē: que superuacanea videri poterat, si legitima esset talis interpretatio. Ista igit. lex tibi nihil suffragatur: ac obstat potius, nisi si quā aliā habes, quā nullā esse reor: cuius auctoritate iustius interpretationē istā cōtrariā cōmuni hoīm intelligētie tuearis. Quid igitur iudex velle debeat, iure et legibus facile est peritis hoībus explicare: quid aūt velit ex vbis ipius simplicit acceptis est iudicādū. Cū igit iudex testes absq; exceptione de cūctis criminibus interrogat, in magna culpa est ꝓpter rationes: quas supra memorauimus. Quo circa a doctis ⁊ religiosis testibus, antequ respōdeāt, admonēdus est, vt vbis aperiat aīm suū: ne velle videat, de occultis etiā criminibus preter leges inq̄rere: tūc si de nō occultis, rogare se dixerit, licebit testi occulti dum taxat criminis cōscio, se nihil scire respōdere: sin aliter, quid hic vir bonus facere debeat, iam (si placet) cōsideremus.

Cap. qualr de accusa. cl. 1.

¶ Caput. v.

¶ Caput.v.

Ti igitur productus quid cõsilij caperes, si se iudex indicaret: velletq; sibi de occultis etiã criminibus respõderi? Exempli gratia si manifestis homicidijs, sed occulte patratis, vehementer cõmotus: et putans tali tẽpore legem illã iure posse pręteriri, quę inqri vetat in occulta crimina: aut malitia et pertinacia te cogat etiã de quãlibet occultis homicidijs respõdere: qd iuratus huic iudici respondebis? Phi. Nũq̃ me iudicis vel temeritas, vel stultitia sic trãsuersum aget, vt pręter legem naturę socium ꝓdam, et infamẽ. Nam quod mihi spõte facere non licet, id nõ potest per alterius iniuriã coacto licere. Theo. Quid ergo iudici respõsionẽ flagitanti respondebis? Phi. Nõ ego quidq̃ narrabo falsi: nec fictam narrationem pręteram speciosis mẽdacijs: sed me de occulto illo crimine percunctãti nihil aliud etiam tunc vel iuratus, q̃ me nihil scire respõdebo: hoc autẽ prolatis verbis: nam illud in mente mea subiungã, quod quidẽ debeã iudicare, nihil sollicitus quomõ iudex iniquus sit meã orationẽ accepturus. Theo. Te igit dicis (scio quibus auctoribus) non lõga oratione, sed paucis verbis peieraturum. Phi. Non peierat, qui non mentitur: nec mẽtitur, qui non dicit contra mentẽ. Nã mẽtiri id demũ esse interpretantur, cõtra mentẽ ire: qui sic ergo mẽte cõcepit, nihil se in ea causa scire, quod

10

enulgare debeat, is nõ dicit cõtra mentẽ, si se neget, quidq̃ in ea causa scire: et si voce pretermittat illud, quod quidẽ iudicare debeã, cũ sit satis id mẽte excipere, ꝛ tacita cogitatiõe loq̃. Theo. Quis te docuit tã belle nugari? Quis tibi piuriorũ tã pulchrã latebrã indicauit? Mã isto quidẽ modo nec ego mẽtiar, si me dicã, nũq̃ Hispaniã vidisse: modo illud cogitatione adijciã: his quidẽ viginti duobus annis, postq̃ ab ea sum in Italiã Bononiãq̃ profectus: qua mẽdacij excusatione si vti vellẽ, quis me ferret grauium prudentiũq̃ virorũ. Si quid igitur veri habet vulgaris ista interpretatio cõtra mẽtẽ ire: hoc declarat: mẽtiri esse, aliud animo sentire, aliud fallendi gr̃a significare: seu verbis id fiat: seu gestibus aut factis. Mã recte Augustinus mendatiũ esse definit: falsam significationem cum intentione fallendi. Verborum autem significatio seu ꝓferantur ea singulatim, seu in orationis complexu, non dicentis arbitratu temperanda est: sed ad cõmunem loquendi consuetudinem, et intelligentiam: sic enim iure cauetur accipiẽda et accommodanda. Ergo si dicas, te nihil in ea causa scire, haud dubie mentiaris, falsa est enim orationis significatio, et ab eo quod occultas animo dissentiens: quia te nihil omnino scire, et tu dicis, et quicunq̃ te audit intelligit: tu tamen tibi consciuses, te aliquid scire, quamuis id non putes enunciandum.

In.li.cõtra mẽdacium.

Despõsa cap. ex litteris.

¶ Caput.vj.

Hi. Tu igitur nugari putas Gregorium in libro moralium, cum nos doceat, opportere non verba, sed dicentis animũ cõsiderare. Theo. Ego vero ꝛ grauissimã, et sanctissimã esse istã Gregorij doctrinã, certum habeo: quę declarat, non esse maliciose interpretanda verba eius, qui plane loquitur et sine fraude: quod boni et equi homines intelligant, etiam si quod verbum excideritloquenti, siue vt cumqꝫ prolatum fuerit, quod possit in calumniam rapi maliciosa interpretatione. Hęc enim sunt, si recte memini, verba Gregorij ex moralium libro. xxvj. Humanę aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant: diuina vero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Certe nouerit ille. qui intentionem ac voluntatem alterius varijs explicat verbis: quia non debet aliquis verba considerare: sed voluntatem et intentionem, quia non debet intentio verbis deseruire: sed verba intentioni. quam orationem Gregorij quis non videat ad calumniam dumtaxat reffellendam pertinere? Calumniatur enim, qui intentionẽ et voluntatẽ alterus (vt ipse ait) varijs explicat verbis. Nam licet in dubijs nõ sit a verbis discedendũ, vt Alexãder tertius Archiepiscopo cantuarieñ. rescripsit, vt modo dicebamus: tamen cũ de intellectu constat, animus potius loquentis cõsiderari debet, qꝫ verba. Sic enim locũ viri doctissimi interpretãtur

Habetur. 22. q. v. cap. humane.

Cap. ex lris desponsa.

Glo. in cap. humane. 22. q. 5.

qui docét, cum calliditas adhibetur ab alterutro dicente, vel accipiéte, tum deũ orationem accipere ad mentem eius, qui simpliciter intelligit: quemadmodum igitur Gregorius calumniam eorum taxat, qui contra loquentis indubitatam mentem verba malitiose interpretantur, sic Augustinus et Isidorus stultitiam eorum damnant, qui se per dolos et astutias putãt, posse mendacium, aut periurium effugere. Isidorus enim sic scripsit in libro sententiarum secundo: quacumq; arte quis iuret, deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit sicut ille, cui iuratur intelligit. Augustinus autem in quodam sermone: multi falluntur (inquit) in hoc, et putãt, quia nihil est, per quod iurant: ideo non se crimine periurij teneri. Prorsus periurus es, quia per id, quod sanctum nõ putas, falsum iuras: si tu illum sanctum nõ putas, sanctum putat, cui iuras: non enim quando iuras, tibi aut lapidi, sed primo tuo iuras. Quibus Isidori et Augustini verbis satis intelligit, nec dicétis astutia mendacium, aut periuriũ vitari: et de verborũ veritate ad menté audientis: et verba secundũ cõmunem intellectum accipientis esse iudicandum. siquidem (vt gratianus vir doctissimus, et idem grauissimus ait) deus duplicitatis aspernator simplicé intentionem vtriusq; considerat: ⁊ tam ex parte recipiétis, q̃ ex parte pręstantis verborum artem aspernatur, et odit. Vt igitur redeamus ad illã tuã respõsionem: si crimen occultũ, cuius conscius es, te scire neges, tibi forasse nõ nihil dicas, certe rogãti iudici

Glo. in ca. qui peierat. 22. q. 5.

habet. 22. q. 5. ca. quacũq;.

Et habet. 22. q. 5. cap. ecce dico.

mẽtiaris. Nam ad eius intelligentiam verba tua fal
sa sunt. quo plane conuincitur leue illud (ne puerile
dicam, et ioculare) cõmentum quorumdam, qui se
posse putãt ingeniose iudicum diligentiam fustrari,
citra mendacij crimen: si quauis amphibologia etiã
inusitata, et alijs incognita, percunctantem eludãt.
Sic enim docẽt exempli causa: si prętor Titiũ, quęm
tu fugientem domo tua receperis, nominatim vesti
gans, ei in sequens ex interuallo, te roget, vel iuratũ
in hunc modum: vidisti huc ingrediẽtem titium? nõ
peierabis, ac ne mentieris quidem, si sic responderis:
haud equidem vidi hunc ingredientem titium: dũ
modo manu latenter admota sinui tibi partem tuę
tunicę demonstres. Negant. n. huc pro nomine do-
mũ magis, ꝗ sinum tuum significari. Itaq; satis esse
in alterutro intellectu ancipitem inficiationẽ esse ve
ram. Nam simili verborum dubiorum artificio cum
alios de quibus est in scriptura sacra, tũ inprimis
Abraham et Iacob mendacium effugisse, cum ille
Sarram filiam fratris sororẽ suam esse diceret, hic
primo genitum se esse cęco patri affirmaret, cum esset
posterior Esau: propterea q̃ sororis nomine etiã co-
gnatam, fratrisq; filiã mos esset hębreis significare:
et primogenitus intelligi possit vt primũ fratrum ge
nitura, sic item siquis tali iure censeatur cuiusmo-
di erat Iacob, cum emissent ab Esau ius prime geni
turę. Quasi vero similis, aut par ratio sit verę legiti-
mę q̃ amphibologię, et eius quam sibi quisq; teme-
re fingat: nec prętera valeat quisquam hominũ di-

12

uinare. Qua velle sibi in mendacio patrocinari: nisi ego magis fallor, hominis est aut leuiter errantis, aut certe parum pie ludentis in rebus maxime serijs et religionem attingentibus. Nam vir grauis, aut misericordia ductus et indulgens humanitati simpliciter mẽtietur officiosum mendaciũ: vel cũ volet (semper autẽ velle ꝺebebit) ꝺnino nõ peccare, tacebit: aut si minus id dabitur, verũ fatebitur nullis adhibitis verborũ technis. Auctore Augustino, qui sic scripsit in libro de conflictu viciorum, et virtutum. Nec artificioso mẽdacio. nec simplici verbo oportet quẽquã ꝺcipere: quia quomodolibet mẽtitur, occidit aiam:

22.q.2. nec artificioso.

Et alio in loco: si quis (inq̃t) ad te cõfugerit, q̃ de mendatio tuo possit a morte liberari, nõ est mentiturus: os.n. quod mentitur, occidit animam: nec vt prestes, mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Quanq̃ quod pertinet ad illa sanctorum patrum exempla, lõge rectius et commodius Abraham et Jacob de mẽdacio purgari contenderim: si (quemadmodum credi par est) sic eos locutus esse dicamus latenter admonitos a iubente deo: cuius voluntati qui paret, is recte pieq̃ facit: licet interdũ nescientibus hominibus peccare videatur. Ac eodem modo iudico de lenocinijs et blandicijs, quibus illectus est a Judic Olofernes: et quibusd am alijs, in vetere testamento memoratis. Qui si talia fecissent iniussu ꝺi, vir, aut ne vir quidem possent apeccato vendicari. Talia vero exempla siquis dubitat, recte ne possint ad communem christianorum vi

22.q.2. ca. siq̃s.

tam transferri, Gregorium adhibeat auctorem: cuius illa est grauissima sententia: siquis per vetus testamentum suum vult tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit, dicat necesse est: rerum alienarum raptum, retributionem iniurię, quę infirmis illic concessa sunt, sibi nocere nõ posse: que omnia cunctis liquet, quãta animaduersione veritas insequitur: quę nobis iã significationis suę vmbra postposita in vera carne declaratur.

habetur. 22. q. 2 siquis.

¶ Caput septimũ.

Hi. Quoniam me vrges inuidia vocabuli: est enim mendacij nomem vehementer odiosum, iam illud confitebor: et contendam, quod esse arbitror Augustini verbis consentaneum: me tunc falsum fortasse dicere, sed mẽdacio nõ implicari. Vt enim si quis qd nõ est, id esse putãs affirmet, falsum q̃dẽ dicat, sed nõ mẽtiatur: quoniã id errore facit, nõ animo fallẽdi: sic nec is mentiri putãdus est, qui falsum iudici respõdet, non vt eum fallat, vel falsum dicat, sed ne socium perdat, et infamet. in ipsa enim mẽdacij õfinitione Augustinus, quẽ auctorem citasti, ad falsam significationem adiecit animũ fallendi: hoc est dicẽdi falsum. The. nõ satis intelligo q̃d dicas, nisi forte huiusmodi est, prẽter huius boni viri volũtatẽ esse

Aug in. li. cõtra mẽdacium.

falsum dicere(quoniam fallere sic ipse interpretaris)
sed eo ferri tota voluntate,quę intentionis nomine
ab Augustino nuncupatur,non vt falsum dicat,sed
vt socij seruiat cõmoditati. An recte interpretor ora
tionem tuam? Phi. tu vero rectissime. Nam volun-
tatem finis esse,vt electionem eorum,quę ducunt ad
Ethi. 3. finem,consentiens est philosophorũ doctrina. Theo.
Hunc igitur contendis,non voluntate sed, inuitum
significare falsum. Ac pro inde non mentiri,cum ab
sit animus fallendi,falsum ve dicẽdi. Phi. id ipsum.
Nam quid magis alienum est a bono viro/q̃ volen
tem,et nulla vi coactũ enũciare falsum? Theo. Isto
igitur modo cum suas quisquam merces,aut pretio
sam supellectilem in mare iactat,vt vim fluctuum,et
tempestatis effugiat,id factum inuiti hominis esse
dices,atq̃ coacti. Phi. Sic prorsus existimo,nec id
opus voluntarium mihi esse videtur. quis. n. velit su
um magnum malum et grauissimam iacturã? The.
At Aristoteli videtur prudentissimo naturę inter-
preti,et morum grauissimo magistro. qui sic scripsit
Aristo. in tertio libro ethicorum nicomachi. Nemo inquit
simpliciter iacturam facit intempestate volẽs. Id ta
men vt se cęteros q̃ conseruent,faciunt omnes sanę
mentis. ita cum mixtę sint huiusmodi actiones, vo-
luntarię tamen magis esse videntur. tunc enim cum
fiũt,expetendę sũt. finem vero actionis ratio tempo-
ris moderatur. quam obrem cum quisq̃ agit, tunc
actio voluntaria vel secus appellari debet. tunc autẽ
volens agit. Nam principium mouendi partes instru

mentarias in talibus actionibus in ipso est, quorũ autem principium est in ipso, hęc agat, an secus in eiusdem est potestate. quo fit, vt tales actiones sint volũtarię. Hanc Aristotelis de naualibus iacturis sententiam transfer, ad illius boni viri pronunciatũ, iam intelliges ipsum volentem dicere falsum, ac proinde mentiri, licet non dicturum, si posset alia ratione malis impẽdentibus occurrere. Itaq; dum cupit humane facere socij causa, facit contra legẽ dei mentiendo. Ne vero putes philosophorũ precepta a sanctorum patrum decretis abhorrere, audi quid scripserit Augustinus, cum vellet hanc ipsam controuersiam dijudicare. Merito inquit queritur, que sunt peccata nolentium, vtrum que a nesciẽtibus cõmittuntur, an etiam recte dici posset, peccatum esse nolentis, quod facere compellitur, nã et hoc contra volũtatẽ dici solet. sed vtiq; vult id, ꝓpter quod facit tãq; si peierare nolit, qd̃ tamẽ facit cum vult viuere, sicq; nisi fecerit, mortẽ minetur. vult ergo facere, qa vult viuere, et ideo nõ per se ipsum appetit, vt falsum iuret, sed vt falsum iurãdo viuat. Quod si ita est, nescio vtrum possint ista dici peccata nolentium, qualiter hic dicuntur peccata expianda. Nam si diligenter inspiciatur, forte ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud quod vult peccat, omnes quippe homines, qui scientes faciunt, quod non licet, vellent licere facere, vsq; adeo ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud, quod ex ipso consequitur, hęc si ita se habent, nõ sunt peccata nolentium nisi nescientium, quę discernuntur a pecca-

in li. quest. et habetur. 15. q. 1. c. merito.

tis volentium. vides Aristoteles, et Augustinus consentiētes, quā valde sententię tuę reffragentur? contra tantos igitur et tam graues auctores sustinebis ēt nunc aperto errori patrocinari? Age vero si sic statuis qui fallit falsum ve dicit tēporibus adductus, nō dicturus, si posset aliter vitare malum, huic abesse fallēdi, falsum ve dicendi animum et volūtatem, ꝛ propterea non mentiri, non vides eos, qui perniciosissime mentiuntur, te auctore se se posse a mendacio vendicare? etiam si quis christianus cum sit ac recte fidei, christū neget esse deū, vt necē sibi ab hęreticis aut impijs intētatā effugiat, quo ꝗd magis pōt basilidis errori, aut elcesaitarū suffragari? hic.n. nō fallendi libidine falsum dicit, sed ob id duntaxat, vt mortis periculum euadat, cuius mendacium perniciosum esse constat, atq; mortiferum. Corde enim creditur ad justiciam, ore autem confessio fit ad salutū, vt testatur Paulus Et christus, qui me negauerit (inquit) coram hominibus, negabitur corā angelis dei, ex quo plane intelligitur, non satis esse, veritatē animo concipere, nisi eādem cum res poscit cōfiteatur. Res autem poscit, quotiens cunq; est aliquid pronunciandum, Nam christum negaret, ꝗ negat veritatem, christus ipse docet, cum ait, ego sum via et veritas. Ad summam si tibi constare velis, cōfitēdū est, in tanta hominū vanitate, tot mendaciorū technis atq; fraudibus (octo.n. genera mendaciorū numerat Agustinus) mentiri neminem pręter eos si qui mentiuntur libidine dumtaxat mentiendi, nu

Ro.10.

Luc.12.

Jo.14.

in.li.de mēdacio et habetur. 22. q.2. primum.

lum inde pęterea commodum expetentes, quod rarissimum est, nec tan malorũ. siue iniustorũ, ꝗ leui culorum hominum vicium, vel potius insania, quo circa Augustinus mirum mendacium id esse tradit, quam sententiam non video, quomodo possis contra eundem Augustinum, theologorunqz consensum tueri. Nam quod philosophis placere dicebas voluntatem esse finis, vt electionem eorum, quę ducunt ad finem, vide ne hoc aliter ab eisdem philosophis tradatur, non enim (si recte memini) voluntatẽ finis esse dicunt, sed ipsam magis esse finis, ꝗ eorum sicilicet, quę ducũt ad finem, inquibus versatur electio, nõ inficiantes, hęc quoqz ad voluntatẽ pertinere. Nam qui possint? cum electio absꝗ volũtate nulla sit, vt interim taceam, quod finis ab eisdem philosophis vocatur, quocunqz animus voluntasꝗ fertur. fertur autem interdum in ea, quę prorsus asperna retur: nisi angustijs iniquioribus interclusus, illa tunc tẽporis putaret expetenda cũ minus malũ eisdẽ philosophis auctoribus bonũ quodãmodo esse videatur. quod ijs accidit, qui mentiri malunt, aut iacturam facere rei familiaris, quã mortẽ oppetere. sed finis alius alio potior est, et in quoquę genere vel actione licet alia sint, quę recte posint appellari fines, hoc tamẽ nomẽ id sibi vẽdicat potissimũ, cuius gratia cętera sint, et ꝗ agit ab hoc potissimum nominatur. Mã ꝗ lucri quęstusꝗ causa adulterat, ⁊ ꝗsi mercedẽ capit ab adultera, hic nõ tã ĩtẽperãs adulterqz

Eth. 1.

Eth. 5

Ethi. 1.

vocandus est. si philosophis credimus, ꝗ iniustus & auarus. Utrumq; tamen recte nominari posse: nemo dubitat: eodem modo qui falsum dicit, vt periculum euadat, timidi potius nomẽ feret, ꝗ vani & mẽdacis, tamen fuisse mentitum nemo ꝺbet dubitare, quę eadem ratio est eius, qui falsum respondet iudici, vt suis alterius ve incommodis occurrat, quippe volens iudicem fallit, quę summa ratio est, vt sępe dixímus, mentiendi. Phil. Ergo tu iudicem ab eo falli existimas, qui hęc ipsum cęlat, de quibus ille iustius ageret, si non inquireret. The. Ego vero certum habeo, si cęlat respõdendo falsum. An tu neminem falli, si ne sua quantulacumq; iactura vel damno putas? Phi. An ego non putem? vel me falli existimem, siquis vir bonus prącipitem in aliquod meum magnum malum falsa me oratione, sed tamen salutari reuocet a consilio pernicioso? Theo. Imo vero te fallat auctore Augustino, fallacia tamẽ non sibi, leuiter quidem, at tamẽ peccanti, sed tibi salutari (fallit enim, qui falsum qualecumꝗ alteri pro vero persuadet) et mentiatur, sed mendacium officiosum, ꝗ genus peccati leuissimum, si non est committẽdum, Auctore Augustino, non dico vt alterius hominis saluti et famę consulatur, sed nec vt suę quisꝗ prospiciat, non sunt enim faciẽda mala, vt eueniant bona, vt Paulus docebat Romanos, quanto turpius erit in qualicunq; causa, vt vitet quis alterius cuius piam damna, falsum iudici iure iurando confirmare, quod efficitur etiam turpius et grauius, si quam

Eth. 5.

in expos. ps. 5.

Ro. 3.

iuder habeat probabilem causam crimen inuestigã
di rumore aut suspicionibus antegressis, tunc enim
vel citra ius iurãdũ turpiť ac pniciose mẽtiatur, q̃ iu
dicis iure susceptã operã frustreť sua vanitate. Phi.
Quid igiť vir bonus faciet, si in tale tẽpus inciderit?
quem video per te ijs angustijs interclusum, vt quo
cunq̃ se vertat, sit magnam plagã accepturus? aut
enim se obstringet mẽdacio, ac potius piurio, vel so-
cium prodet, et infamabit, quorum vtrumq̃ est im-
pium atq̃ nefariũ, et cõtra leges diuinas et natura-
les. Quid cõsilij dabis his difficultatibus implicato.

¶ Caput. viij.

Deo. Dicã equidem quod sentio, et
quod me ratio docuit, preceptisq̃ ma
gnorũ virorũ, arbitror eẽ cõsentaneũ.
Primum oim meminisse debes, id in
quo oẽs, qui via et rõne philosophãtur, oẽsq̃ theo-
logi consentiũt, nullũ tẽpus incidere posse, quo sit ne
cesse cuipiã turpiť agere, se ve obstringere peccato.
Mã qd̃ vitare quis, aut vicissim prestare nõ põt, hoc
vt vitet, aut prestet, nemo põt, lege diuina obligari, q̃
aũt cõtra legẽ dei non facit, dicit, aut cogitat, vt totã
pcti definitionẽ cõplectamur, hũc certũ est nõ tene
ri nec pcti, nec turpitudinis. Ex quo intelligiť haud
dubie, nullas diuinas leges, vel etiã naturales (oẽs
enim naturales diuine sũt, licet nõ reciproceť) esse in
ter se penitus cõtrarias, quãuis interdũ tales esse vi
deãtur, nõ dico simplr, vt altera ĩ vniuersum iubeat,
altera vetet exẽpli grã mẽtiri vel furari, in quo eẽt a-

perta legũ dissensio, et latoris in cõstãtia, sed ne tum quidẽ, cũ tẽpus incidit, quẽadmodũ sẽpe i magna re rũ agẽdarũ varietate solet, vt altera suscipi aliq̃d, vel omitti iubere, altera vetare videat. Intelligendũ est enim, omniũ cuiusq̃ generis legũ, quibus hũana vi ta dirigit, moderatricẽ, hoc est interpretẽ, esse rectã rationẽ, quẽ dei legẽ ẽternã affectat. a qua lege ẽterna omnis lex iusta ꝓficiscitur. est enim lex eterna sũma ratio, cui semp est obtẽperandũ, quẽadmodũ tradit Augustinus simul affirmans eiusdẽ legis notionem scriptã esse in mẽtibus nr̃is. Cur enim qui fame cõficitur, extremaq̃ inopia laborat, si rẽ alienã ad cibũ vitẽ necessariũ auferat inuito dño, is non tenet diuina lege, qua furta seuere vindicant? nempe quia recta ratio sic illõ dei pręceptũ interpretãdo in tali causa moderatur, quasi necessitas oĩa faciat omnibus cõmunia: furtiq̃ rationẽ excludat. melius est enim vt copiosus supellectile vna priuetur, q̃ vt egenus fame pereat, et quia sic iudicat, et interpretatur recta ratio, id circo sic deo placere dicimus, qui est omniũ et rerum dominus, et legum summus moderator.

De lib. arbi. li. 1.

¶ Caput. ix.

ęc igitur summa est omniũ iustarũ legum de rebus agendis, hoc potissimũ iuris est tũ diuini, tũ etiã naturalis, vt semp vitent̃ grauiora mala, semper fiat quod iustum et ęquum sit, semper rectę rationi pareatur. Hanc enim normam esse virtutum et viciorum, docẽt non modo theologi, sed etiam philosophi, qui cum res

Ethi. 1.

quã optime fieri potest, efficitur pro rerum videlicet Ethi. 1.
facultate, tunc eadẽ natura duce et auctore fieri cõ-
firmant, quamuis scriptum et formula cuiuspiam le
gis aliorsum vocare videatur. omnis enim lex etiam
naturalis: sic est accipienda et interpretanda, vt si qd
acciderit in tanta rerum varietate et in cõstantia, qõ
aliter fieri, q̃ lege cauetur: melius esse mostret recta
ratio, non putemus eam legem aliter faciẽdo viola
ri. forsitan enim natura non patitur rerũ agendarũ,
vt lex aliqua simplex, et vniuersalis a quocunq̃ etiã
ab ipsa natura, vel deo feratur, quę singulis euentis
et actionibus semper sic accommodetur, vt nihil ac-
cidere possit, in quo eadẽ desideret aliquod rectę
rationis moderamẽ seu interpretationem, nec id la-
toris culpę tribuendum est, aut ignorantie, sed ipi na
turę rerum, quę talis est, vt modo dicebam, et docẽt
philosophorũ maximi, quę cũ ita sint, religio tamen Plato. in ciuili.
christiana quasdam leges diuinas tam ratas, et san- Aristo. Ethi. 5.
ctas esse voluit, vt nullo vnq̃ tẽpore christiano liceat
ab ipsarũ scripto discedere, pręterq̃ in ijs quę rectę
rationis interpretatio ab ecclesia publice iã recepta, ꝛ
prudẽtiũ, ac piorũ cõsensus excepit, nõ si vel maxima
cõmoda, aut incõmada priuata vel publica adhor-
tari videantur, seu vicissim dehortari, aut si quis lo-
cus etiam nunc esse potest nouę interpretationi, rei
genere, ac magnitudine postulante, eam non singu-
lis quãlibꝫ doctis viris pmittitur, sed vniuersę eccle
się eius ve prefecto põtifici maximo reseruat, hę ve-
ro leges sunt precepta ipa decalogi in eo intellectu,

quo sunt ab ecclia declarata, a qbus velut fontibus manãt reliquę oẽs iuste leges, quę mores attingũt, tũ põtificię, vel ciuiles, tũ etiã naturales, quas vt prudentiũ hoim naturalis ratio deriuauit, sic eadẽ sępe in varietate rerũ existẽtiũ exponẽdo moderat. harũ igitur posteriorũ legũ etiã naturaliũ, nõ ea vis et auctoritas est, vt posint, aut debeant cũ illis suis quasi capitibus cõparari. quam obrem si venerint in cõtẽtionẽ, nullo vnq̃ tẽpore est a pncipe lege discedẽdũ. Sed si quãdo duę te posterioris ordinis leges sic in diuersa distraxerint, vt simul vtrique satisfacere non posse videaris: nunq̃ errabis, si quo te cũque duxerit recta ratio, huc sequeris, quãuis scriptũ alterius legis videatur in diuersum reuocare. qd̃ facit qui celat potius occultũ socij crimẽ, q̃ pareat iudicis imperio iniuste suũ munus exequẽtis, quãuis simplici lege sit cautũ, vt pręfectis pareamus.

Ro. 13. etiam. 1. pe. 2.

¶ Caput. x.

Hi. Optimam tu quidẽ, et pulchram rationem cõstituisti dirimendi controuersias, si q̃ndo leges venerint in cõtẽtionẽ, vt omni scripto legis semp iudiciũ rectę rationis pręferatur, sed mihi negociũ nihilo magis expedisti. ad huc enim hęreo ad eandem salebrã. Et quod sit iudiciũ rectę rationis ignoro. eoq̃ magis, q̃ sępe eãdem causam alij aliter diuidicant penitus contraria decernentes, quorum quisq̃ suum iudicium a recta ratione profectum esse cõtẽdit. Theo. Tibi videlicet arbitrabar theorema philosophorũ,

non excidisse, quo bonum et rectum id esse docent, et vicissim malum ꝛ prauũ, quod tale iudicatur esse, a bonis et prudẽtibus hominibus. quo perspicue intelligitur, rectam esse rationẽ, qua viri probi et sapiẽtes dirigunt. Hec est enim ratio manans ab ea, quã legẽ eternã appellamus. Itaq; philosophi tũ pores, tum etiã qui christiane philosophãtur, excessuũ, et defectuũ mediocritates, quę virtutes nominantur, tunc recte constitui docent, cum sic a prudentibus viris definiũtur. vt aũt nos ratio docet, vtq; sancti patres definierũt in octauo cõcilio Toletano, viri prudentis est, in tali legum discrepantia, quę quãq; prętermissam legem incõmoda, ac turpitudines sequi videãtur, diligẽter cõsiderare, ꝛ his inter se collatis, in qua lege prętermittẽda minus ꝓperexerit esse mali, hanc tali tempore prętermittere turpe non esse cõstituere. Nam minus malum (vt supra dictum est docentq; philosophi) vicem habet boni. Itaq; hoc placet deo, et probatum est hominibus, vt verbis vtar Pauli, hoc maxime naturę consentaneum est: quę vellet illa quidem semper opus absolutum conficere, sed cum id non datur, materia, quam tractat, aut alia re quapiam impediente, satis habet, suum munus strenue pro facultate, et ratione rerum suppetentium obire, nec id esse, putat prętęr suam dignitatem. Quãq; huiusmodi quoq; legum interpretatio sępe prudentium hominum sententia non contenta, auctoritatem etiam requirit pontificis maximi.

Ethi. 2. Cap. 2.

Ethi. 5.

Roma. 14.

¶ Caput.xj.

Edeamus igitur ad eas leges, quę huius boni viri, cui cõsulere volumus, animum distrahũt in varia cõsilia, et vtriusq; vim, et auctoritatẽ cõsideremus. Altera dicit, occultum socij crimen diligenter occultabis. Iusta lex est: honesta, et a natura ꝓfecta, sed quã prętirire licet aliquando, si spectet in alterius malũ, et multo magis in tuũ, ac maxime omniũ in periculo religionis, vel reipublicę. Altera lex dicit, nõ feres testimoniũ falsum, legẽ audio sacram, diuinã et naturalẽ, nõ cuiusuis ordinis, sed ex ijs, quę continẽtur in decalogo, breuiter a cuius scripto nemini vllo vnq; tẽpore licet discedere, non si necesse fuerit millies mortẽ oppetere, et tota ciuitas periclitetur. Quibus legibus comparatis, crimẽ est profecto crimẽ, dubitare, vtra sit alteri in contẽtione prętferenda. Phi. Iusiurandum ergo, quod dedi, prębet mihi ius respõdendi. Theo. minime vero, sed necessitas, qua cogeris, tibi permittit respondere, cum prius non liceret, veritas porro et iusiurandũ, ne falsum iudici prętertim referas interdicũt. Non igitur verũ est, quod tibi Paulo ante sumebas, si quid spõte facere nõ licet, id nũq; ne coacto quidẽ licere cuipiam, vt effugiat aliquod malũ. Phi. Si qua vis allata põt nõ modo subleuare, sed tollere etiã omnino peccatũ, eodẽ modo non delinquet, si quis tpibus adductus peierabit, aut vrgente necessitate adulterabit. Hoc aũt nec patit religio, nec philosophię ratio, q̃bus q̃ parere velit (oẽs

Vide caieta. in. 22.q.lxix.ar.1. et.2.ad finem.

autem velle debebunt)is morietur potius, q̃ turpi-
ter faciat. Facit autem turpiter, qui crimen occul-
tum patefacit. Theo. Longe alia causa est peiera n
tis vel adulterantis, ⁊ eius: qui inuitus prodit occul
tum alterius crimen. vt enim quis iure iurando fal-
sum confirmet, vel adulteretur, recte fieri nunq̃ po-
test. pertinet enim ad pręcepta vetantia, quę nullam
patiuntur temporis exceptionem. Itaq̃ mori po-
tius est, vt modo dicebam, quam se talibus crimini-
bus obstringere. nec potest vlla necessitas delinquẽ-
tem a peccato vendicare, cum sint ex eorum genere,
quibus etiam Aristoteles mortem pręferri oporte- Ethi. 3.
re docet, occultum autem crimen cęlare, quod refer
tur ad pręceptum charitatis, ex eorum numero, quę
affirmatiua nuncupantur atheologis, et temporis
intermissionem admittunt, tantum, abest, vt semper
sit honestum, vt interdum turpe etiam habeatur, ni
mirum cum crimen spectat in alterius perniciem,
vel saltem mediocre malum, in periculo reipubli-
cę, qua religio quoq̃ continetur, multo etiam ma-
gis, nisi aliter, q̃ indicando obsisti possit impenden-
tibus malis. Ergo si crimẽ occultum indicare iam li-
cet, iã secus, cõsiderãda est ratio huius diuersitatis,
et eam semp̃ tenere iustitię fuerit, atq̃ prudentię. est
aũt vtrubiq̃ ratio charitatis in socium, quę te iubet,
vt consulas ipsius commoditatibus. Cęlas occultũ,
socij crimẽ, recte facis, quia te charitas adhortatur,
ne socium ledas. Enuncias crimen in alterius peri-
culo, vt euites maius malum, rectius facis, quã si ta-

19

ceas. Hoc enim exigit ratio charitatis, vt si vtrunq; fieri non potest, innocenti potius de maiore vel pari malo periclitãti pspicias, quã sontis et male cogitãtis impunitati. Si tibi ergo charitas pręcipit socij crimen enunciare in alterius piculo, cur eadem tibi id ipm nõ pmittat in tuo pari discrimine? Nũ christiana charitas pbat ordinẽ pręposterũ dilectonis? vt quis alterũ magis diligat, quã se ipsum repugnãte natura? Si quis igitur tyrannus, perspectę seuitię. id tibi malum, nisi crimen indicaueris: intentet, propter quod malum in altero vitãdum licet indicare, nihil peccabis indicando, sed fungeris potius officio religiosę charitatis, quę semper est naturali consentanea, et facit etiam, vt quędam permittantur in sua causa, quę in aliena sunt criminosa. Nam ciuem indẽnatum iniusu magistratus interimere, crimen est, et quidem magnum, sed si hoc facias coactus, iniuriam videlicet repellendo cum moderamine inculpatę tutelę, iuste facias, licet lex quędam naturalis et diuina iubeat, vt vitę hominis parcas, etiam male de te merentis. Quid ita? nimirum quoniam si leges in contentionem venerit, illa tibi sanctior esse debet, quę te tuã vitam tueri iubet, qd̃ prestare scilicet, vt fingimus, nõ potes, nisi aggressorẽ occidas.

Caput.xij.

Quod autem dicebas theologorum consensu nulla lege quẽq; obligari, vt de occultis criminibus testimoniũ dicat, theologi (si diligẽter inspicias) quęstionẽ hãc

non simplicit definiunt, sed interesse docent, vltro ne crimē deferas, an rogatus ab altero vel iussu legitimi iudicis ad dicendum testimonium accedas. Nam his auctoribus vltro crimem socij deferre, nec boni viri est nec religiosi, preter quam (vt modo dicebam) si vergat in cuius piam inconmodum vel rei publicę iacturam, quibus malis occurrere non aliter valeas, aut ante gressa fraterna correptione (sic enim vt scis, vocant amicam et piam admonitionem) si ratio postulat peccati, nam tunc imminentis mali eum, cuius scire interst admonere, et male cogitantem nominatim, si rei magnitudo poscet indicare, non delatoris inhumani opus, sed iusti, et boni viri officium esse decernitur. modo id facere possit sine suo periculo. Nam quę delatio alias vtilis ⁊ honesta fraudi esse pōt deferenti, in si crimem probauerit, hanc probationibus minus suppetentibus pręterire prudentis est auctore Augustino, et legibus cauetur. Sin autē rogeris, vt testimonium dicas, tunc causę genus est considerandum. nam iniuria laborāti, pręsertim in capitis aut famę discrimine, qui cū valet, non opitulatur, perinde peccat, sceleri consentiens, ac si reū calumnijs oppugnaret, recte viris dotissimis interpretantibus consentire eum, qui tacet, cum possit refellere. Nam qui a socio iniuriam (vt testatur Ambrosius) si potest non repellit, tā est in vitio, ꝗ qui facit. nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obiare, vt Anastasius et item Damasus Pontifices scripsere. Vir igitur

de here. in sexto. ca. nolentes.

in hom. de poeni. et habetur. 2. 4. q. 7. plerunqz.

offi. 1.

bonus innocẽtẽ reũ iuuare suo testimonio nõ grauabitur. scriptũ est enim in psalmo, eripite pauperẽ, et egenũ ꝺ manu peccatoris liberate. et in libro ꝓuerbiorum, erue eos, qui ducuntur ad mortem, ergo vt innocẽtem vendices a calumnia, non dico rogatus testimonium ferre debes non grauate, sed si te nemo roget, prudenter curare, vt reus ĩnocens testimonio tuo subleuetur. Alia ratio est, si te roget accusator, vt testimonium dicas in sontem reum, quo ille conuictus pẽnas luat commissi criminis. non enim delinques, si nec vltro, nec accusatoris rogatu ad oppugnãdũ reũ properabis, sed si te iudex vocet, iubeat ꝗ ferre testimoniũ, parere ꝺbes, modo iure pręcipiat, hoc est nisi crimẽ fuerit penitus occultũ, ⁊ huiusmodi, vt cęlatũ nulli officiat. nã in occulta et talia crimina ius nõ est inq̃ri, nec eadẽ a conscijs indicari. Ca. xiiij.

ps. 81.

ca. 14.

de accus. c. qualiter el. 1.

Igitur quę pluribus verbis, ac diffuse a nobis exposita sunt, in pauca conferamus, si manifesti criminis latentem auctorem iudex legitimus vestigans iusiurandum a te petat, ac testimonium veritatis, parere debes suum officium, more ac iure etiam gentium obeunti. sed si nec fama criminis, nec rumor vllus increbuerit, et auctor in nullam venerit ne mediocrẽ quidem suspicionem, non est iudici obtemperandum, si quo errore, si qua ve temeritate compulsus inquirat in talia crimina, quę ꝓprie vocantur occulta. ita ꝗ si iubeat edicto publico, vt ad se crimen auctorem ꝗ deferat, quicunq̃ sit conscius exemplicausa cuius piam homicidij magnis poenis proposi

tis, etiam ex cõmunicatione, si quis edicto nõ parue
rit, vir bonus homicidij prorsus occulti cõscius, puta
bit edictũ ad se nihil ꝑtinere Mã aut iudicẽ fortasse
nolle cõtra legis ꝓescriptũ homicidia talia iuestiga
re, aut si velit, tamen in hoc ei non esse parendum, et
minas ipsius parui pendet, confirmatus dogma-
te de quo, vt ante dicebas, omnes theologi con-
sentiunt. Atq; eodem modo iudico de ꝓceptis, mi
nis, ⁊ perquisitionibus, quibus ꝓfecti et iudices
vtũtur ĩ monachos, ⁊ sodales scholasticos, et talibus.
Si porro vir ille bonus nominatim vocatus, adactus
q; fuerit iure iurãdo, verũ se ad oĩa rogata respõsu-
rũ, recte negociũ ad hũc maxime modũ expediet: sim
pliciter interrogatus, sit ne cõscius alicuius homici
dij: se negabit scire quid ꝗ eorũ, de ꝗbus debet testi-
moniũ ꝑhibere, vrgẽte porro iudice, vt simpliciter re
spõdeat, ipm admonebit officij sui, vt iuris formulã
teneat rogãdi testes occulta crimina excipiẽtẽ, ne ꝗs
putet ipsum ꝏ arcanis etiã cõtra ius et fas interoga
re. Quod si iudex indicet suam temeritatẽ, ab eodẽ
q; petat, sit ne conscius homicidij cuiuspiam quam
libet occulti, tunc multo minus respondebit: sed ip-
sum obsecrabit, vt se contineat in officio suo, nec ꝓę
ter leges inquirat in occulta crimina. Nam licet iu-
rauerit, ad omnia se rogata responsurum, tamẽ ius
iurandum de permissis duntaxat, et iustis rebus da
tum esse, leges interpetrantur: prorsus vt si quid im-
prudens aut temere fueris iure iurando pollicitus,
id si turpe esse resciueris, ꝓestare non tenearis. Est
.n. cõtra officium nonũquã (vt testatur Ambrosius

offi. 1. 2 habetur 22.q.3. est etiã.

promissum soluere sacramentum. Nam cum temere iurasset Dauid se occisurum nabal, non tamem impleuit iurationem (vt ait, Aug) maiore pietate ductus. sin autem fuerit allata vis aut intẽtatum par vel maius damnum: quã quod ille proditus incurret iniecto timore non vano, nec contẽnendo, cum iam impune tacere non liceat, crimen simpliciter indicabit, seruato iure atq; ordine charitatis, vt cum spectat in magnum alterius vel reipublicę malũ, faciendũ esse docent theologi differentes de fraterna admonitione. At cum tacere permittunt leges, nec vlla vis extrinsecus adhibetur, quę temeritas est per deum immortalem? vt quisq; inficiando se scire aliquid, respõdeat vel falsum, vt ego dico, vel vt ipse cõfiteris, suspectum, et ancipitis veritatis, cui tacendo licet cęlãdi legi atq; officio satisfacere, Hęc est enim tua et eorum, quos tueris non ferenda culpa, quod sine vlla necessitate falsum dicere suadetis, aut certe quod tale plerisq; nec sine magna ratione videri possit, reclamante Paulo, qui nos monet, vt non tantũ a malo abstineamus, sed etiam ab eo, quidquid speciem mali prę se fert. Sed nec ea ratio contemni debet, quę istam sententiam periculi plenam esse declarat. fien. n. potest, et sępe vsu venit, vt quod penitus occultun crimem quisq; esse putet, nec eius vllam famam pręcessisse, id ab alijs sciatur, aut venerit in suspicionem legitimam. Quod si accidat, et conscius id se scire neget, non solum peccabit peierando, sed fortasse conuictus periurij poenas legibus dabit qõ

in ser. de io. & col et habetur. 22. q 3. iurauit.

periculum nullum est in eo, qui tali tempore tacēdo ac responsionem differendo tādiu crimen occultat, donec iure respondere compellatur.

Caput.xv.

Hi. si virum bonum respōdere vetas, ne socium prodat, et infamet, per mittas eidem censeo plane crimen indicare, tunc saltem cum de crimine cuius piam nominatim inquiritur. tacendo enim, qui rogatur, per inde testimonium dicit, ac si crimen indicaret. quis enim tan obesus est, vt non intelligat conscientiā esse causam talis reticentię Theo. Vir grauis et prudens, dum rationem sequitur honestam in huius modi causis, parum laborat, quo modo cęteri factum suum interpretentur, vt docet illud peruulgatum, sacerdotis exemplum, quē theologi faciunt iter facientem cum latronibus necem illi meditatis inferendam in proximo nemore, quod ipse per confessionem vnius latronis rite, cęteris videntibus factā rescīuerit. Huic enim theologi consulunt, vt ad oppidum ante nemus in via situm diuertat, nec calumniam metuat arcani violati, si cęteris latronibus magnam suspicionem indicati sceleris iniecerit. cū diuertendi alia possit esse causa, quā cognitio criminis cogitati, cui si milis est ratio, eius de qua quęritur reticentię. Nā si quis ea referat, ad occulti criminis conscientiam, presto erit ęquior interpres, qui consilium id esse dicat prudenter cauentis, ne forte si de vno innocēte

rogatus semel respōderit, dū licet tacere, de altero, et itē de tertio rogetur, donec ad sontē veniat, quē reticēdo, cū de alijs respōdisset, grauaret maiore suspicione. Age vero quāti refert, non dico ad mulctā, qua nemo nisi plane cōuictus citra iniuriā afficit, sed ad famā, vtrū in suspicionē, quę sępe vana est, sociuz adducas, an aperte damnes tuo testimonio? Nō respōdebit igit vir bonus in tali causa, ne vel sociū prodat cōtra officiū, vel dū id humane cauet, ius iurandū violet, ac mētiatur. Phi. proponat ei seuerus iudex, nisi plane respōderit, interdictū, siue excōmunicationē, suadebis, vt cōtemnat etiā tūc ecclesiasticas pęnas? The. Minime vero, si lata sētētia sacris ipm nominatim interdixerit. prius enim ꝗ iudex ipsum, nomine vocaret, ⁊ suū animū exponeret, minas eius, quasi nihil ad se ptinentes iure non solū, sed etiā impune negligebat. Ita nec ipse peccabat, nec iudex eū poterat innocētē excōmunicare, nūc scādalū ponet popularibus, si visus fuerit imperiū iudicis cōtemnere, cui parere magis debet ciuis priuatus, ꝗ ꝗd eius officij sit pręscribere, pręsertim si admonitus ille psistat, et se cōtendat iure agere, scripto legis pro rerū ac temporis ratione, bonū ęquū pręferendo, lędere igitur rempublicā, videri poterit, et ob eam cōtumaciam iure fortassis iam excommunicari, excommunicatus porro nominatim, etiā si fuisset iniuste lata sentencia, incurreret tamen grauia damna prohibitus sacris, et consuetudine piorū, atꝗ infamiam impietatis bono et christiano viro nō ferendā. quibus malis

impēdentibus sua cuiq; cōmoditas, et fama charior esse debet iure naturę & charitatis, q̄ eius, q̄ crimen patrauerit. qd̄ ipse dū impune licuit diligenter celauit. Ille vero celabit etiā nūc, si quā rōnē inire poterit. Mā vrgēte iudice, vt simplicit quēadmodū est interrogatus respōdeat, superiorē iudicē appellabit, quo vim huius, ac temeritatē effugiat. si tamē nihil profecerit, nec locus de precationi apud alterutrū iudicē relinquetur, plane crimen indicabit, ne se periurio obstringat negata veritate. ¶ Caput. xv.

Hi. Dum paret igitur pręsidi, diuinam legem, de cęlando socij crimen contemnet, fas autem erat, parere potius deo, q̄ hominibus, vt Petrus nos docet in actis apostolorum. Theo. Non paret hominibus, qui coactus facit ipsorum imperata, tunc pareret, si faceret valens imperium detrectare. Cęterum iudex respondere cogit testem, falsum respondere nō cogit. qui coactus igitur respondere, respondet falsum, is nec paret deo, cui odio sunt omnes, qui loquuntur mendacium, nec hominibus recte iubentibus. Iudex enim non modo respondere iubet, in quo potest eius esse aliqua culpa, sed etiam verum respondere. qua parte iustum est eius imperatum. Phi. Coactus respondet falsum, qui non aliter potest saluti et famę socij consulere. Theo. Ad ineptias redis. non est id cogi, sed imprudenter errare, si quis satius esse putet veritatem, et iusiurandum violare, idq; in iudicio, q̄ socij commoditatibus nō

Act. cap. 5.

Psal. 5.

pertinaciter seruire, inuito Augustino, qui sic scripsit, in quinti psalmi expositione, si quis (inquit) forte non velit ad istam visibilem mortem hominem prodere, paratus esse debet, verum occultare, non falsum dicere, vt neq; prodat, neq; mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius, sic igitur docet Augustinus, dum mordicus tenet sepe a nobis memoratam doctrinam Pauli, quo auctore nullũ vnquam facies malum: vt vel magnum bonum asse quaris, ergo vir bonus rem quemadmodum exposuimus expediet, nec reprehensionem verebitur, si quis se recentiorum theologorum arguerit. Nam se facile tuebitur veterum et optimorum doctrina et auctoritate. Veteres autem appello, nr̃a et patrum memoria superiores, qualis est Aquinas Thomas, qui hanc sentẽtiã plane et grauissime tuetur. Phi. At non ioannes scotus primarius theologus, cuius in similibus causis sententia magnum in primis pondus et habere ꝺbet, et solet. hic enim peccare negat, si quis in iudicio intentatum sibi crimen etiam verũ: modo sit penitus occultum inficietur: intendens tamẽ (vt ipsius verbis vtar) negare illud, vt propositũ, scilicet vt publicum, quemadmodum sacerdos facit de confesso. Theo. Agnosco verba scoti, quem ego secundum Thomam, vt est equum, magnifacio, et totum locum memoria teneo, sed scotus illic nostre sententie non refragatur. Phi. si mihi licet in mea causa crimem occultum inficiari, vt mee saluti prospiciam, atq; fame, cur propter similes, et pares ratio

22.q.79.art.1. et.2.

4.senten. di.15 q.vltima.

nes non liceat in aliena. Theo. Primũ tibi nõ licet per scotũ absq; omni culpa verum crimẽ tibi intẽtuꝫ inficiari, deinde etiã si maxime liceat, ratio tamen lõge dispar est, et dissimilis tuę causę et alienę. Phi. Quomodo tibi videtur per scotũ non licere? Theo. Quoniã ipse dubius est sententię, nec pro certo ꝗdq; asseuerat. sic enim quęstione ꝓposita respondet, bonarum mẽtium est, culpam agnoscere, vbi culpa nõ est, ⁊ ideo multo magis, vbi dubitatur, an sit culpa, ⁊ qualis culpa, bonę mentis est culpam agnoscere, et ideo in tali casu (inquit) tutũ est, post talem negationem pęnitere indistincte, de hoc tanq; de tali, quale est, vt pote sub tali distinctione, si mortale, tanq; de mortali, si veniale tanq; de veniali. Quibus vbis scotus perspicue declarat, se nõ modo ambigere, an sit peccatũ sui criminis occulti inficiatio, sed etiã mortiferum sit, an dignum venia dubitare. Intelligebat enim sacerdotis, qui per confessionẽ nouit alterius peccata, longe aliam esse causam, atq; eius, qui sibi cõscius est criminis occulti. Cuius rationis diuersitatẽ animaduertẽs Io. Gerson celeberrimus theologus, cum de sacerdote nihil hęsitans asseuerasset, de cęteris se plane professus est dubitare. vt enim supra diximus, sacerdoti notitiam inficianti religionis christianę ratio, ⁊ sacramẽti maiestas patrocinatur, eundemq; publicę ecclesię interpretatio, magno piorum sancita consensu vendicat a crimine ⁊ vanitate. reus autẽ nihil potest in mẽdacij excusationẽ pręter rationẽ suę salutis, et commodorũ allegare, quibus

4. senten. di. 15. q. vltima.

2. pte. alp. 3

si fuerit priuatus, nihil secus, atq; meritus est ppetiet.
loquitur aũt scotus de simplici inficiatione, quę põt
esse mẽdaciũ officiosum, nõ de ea que sit iureiurãdo
cõfirmata, talis enim nunq; dubitasset scotus, qua-
lę peccatũ sit, cũ mẽdaciũ alioquim officiosum, perni-
ciosum reddatur, si quis deũ testatus mentiatur prę
ter dei reuerentiam, aqua nullo tempore sine morti-
fero peccato disceditur, Caput. xvj.

Sed faciamus id, qd nec scotus affirmat, ꝛ
priores theologi negant, licere reo sine
peccato sibi vere intẽtum crimen inficia-
ri, statim ne testi in aliena causa id ipsum
permittetur? Phi. Quid ni permitatur eodem mo-
do? cũ socij salus, et fama pinde, ac nostra chara no-
bis esse debeat? scriptũ est enim nõ solũ in leuitico,
sed etiam in euangelio, diliges primuu tuũ, sicut te
ipm, quod preceptum cętera omnia cõplecti, Pau-
lus scripsit ad romanos. Theo. Fateor sociũ vel (si
tibi theologorũ vocabulũ magis placeat, q̃ cicero-
nis) fratrem aut proximũ esse nobis, sicut nos ipsos
diligẽdũ, vt qualia nobis bona volumus, talia, et ta-
li ratione, proximo velimus, et vterq; amor ad deũ,
quasi ad vltimum finem referatur, sed neq; natura,
nec ordo charitatis poscit, vt ego proximum meum
ęque diligam, ac me ipsum, primor enim sum, vt ille
sit, ego met mihi. Nam cũ omnes homines inter se
societate quadam teneantur, omnes omnium socij
esse intelliguntur, et proximi, vt non modo Cicero,
sed Augustinus etiam interpretatur, ceterum cum

Leui. 19.
Math. 22.
Marc. 12.
Ro. 13.
Offi. 1.
De doct. chri. 1.

ſint ſocietatis hominum complures gradus, eadem optime exprecepti ſq; tum philoſophorum, tum etiã theologorum conſeruabitur, ſi vt quiſq; erit coniunctiſſimus, ita in eum charitatis plurimũ conferetur vnde nos Paulus ad Galatas ſcribẽs adhortatur, vt bona in omnes homines operemur, ſed maxime (inq̃t) in domeſticos fidei. et in epiſtola, quę eſt ad timotheum, perinde probans delectum in gradibus ſocietatis, ⁊ neceſſitudinis, ſi quis (inquit) ſuorũ, et maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, et eſt infideli deterior. ſi nemo igitur tan cõiũctus mihi eſt, q̃ ego met mihi, nemo vtiq; tã charus mihi eẽ debet, q̃ ego lege diuina ⁊ naturali. Quo fit vt ſiq̃s dũ a ſe iniuriã mortẽq; repellit cũ moderamine iculpatę tutelę aggreſſorẽ occidat, aut ſibi ſũmat aliena ad extremã inopiã tolerandam, hunc leges theologiq; fortiter et magno conſenſu vindicent a crimine. qui autem dum vim propulſat a ſocio cum pari moderamine inuaſorem peremerit, aut ex alieno ſubuenerit ęque laboranti, huius factum timidius atq; cunctantius tueantur. certe in quo ambroſius virtutem moſis commẽdauit, qui egyptiũ, vt hebręum tueretur occidiſſe, id ab Auguſtino vicio datum eſſe video. ita tamen vt in eo eximię virtutis indolem apparuiſſe confiteatur. accedit q̃ hic teſtis reo non tantum diſcriminis, vel iacturę affert ſuo teſtimonio, quam reus ipſe ſibi confeſſione ſua. Nam confitentem reum infamia protinus cõſequitur, et legis mulcta, vnius hominis teſtimoniũ non

Ga. 6.

Epa. 5.

Offici. 1.

Queſt. 2. Exod.

25

ſatis crimen alterius vel iudici probat ad penam legibus expetendam . vel ceteris grauibus hominibus, vt male de reo loquãtur, vel ſentiãt. Quam ob rem ſi reus ipſe ſuum crimen vel iuratus inficietur, etiã ſi poſtea fuerit legitime conuictus, nullas aut leuiſſimas legibus humanis dabit penas inficiationis, diuina puniet quidẽ, ſed leuius, q̃ ſi in alieno periculo peierraſſet. Caput.xvij.

Di. Quid igitur venit in mentem Adriano viro docto et graui, in quodã loco ſuorũ ſcriptorũ teſtari, talẽ reũ aut teſtẽ poſſe citra peccatũ crimẽ verũ occultũ, aut eius notitiã inficiari, idq̃ adeo incũctanter, q̃ſi nõ ſuũ et paucorũ nouũ decretũ induceret, ſed veterẽ ſentẽtiã referret, doctorũ q̃ conſenſum, ſi nemini, vt ipſe contendis, ex theologis primarijs ſine peccato, id fieri poſſe placuit? Theo. Suſpicor, qr pperã interpretatus eſt dogma, de quo valde theologi ac iuris periti cõſentiũt. q̃bus oĩbus placet neq̃ reũ in ſua, nec teſtẽ in aliena cauſa de occulto crimine rogatũ teneri, vt veritatẽ confiteatur, aut teſtificetur, ne ſi dederit q̃dẽ iuſiurãdũ, ſe vera reſpõſurum, preterq̃ ſi probatio ſemiplena, aut talis fama vel indicia preceſſerint, vt iure poſſit pretor ipm de occulto illo crimine interrogare, tũc enim vt iure rogat, ſic cõtra ius faciat, ni ſi reſpõdeat, et cõfiteatur, ſeu teſtificetur, ꝛ ob eã rẽ grauiter peccet, cõſenſu doctorũ omniũ. hoc igitur dogma ſic interpretari videt Adrianus, vt non confiteri, hoc eſſe putet, qõ inficiari, magno videlz erro-

re. Nā iurato etiā reo licet nō cōfiteri crimē, hoc est nō respōdere, qñ iniuste petit ab eo talis cōfessio, seu testificatio, petitur aūt iniuste, si nihil eorū quę diximus prēcesserit, itaqꝫ vrgēte iudice, vt neget, aut cōfiteatur, sine culpa vlla pōt superiorē iudicē appellare, et vim alia q̄cūqꝫ rōne, mō sit honesta, defugere, nulla adhibita, fraude nullo dolo, qui vim obtinet mēdacij. licere aūt crimē vere intētū simplici voce inficiari, etiā si reus aut testis ex industria aliud prēter ea mēte loquat, qd iudex dū vocē illius interpretat, aut accipit secūdū cōmunem intelligētiā, nō intelligat, nemo veterum et nobilium theologorū, quod equidem sciā affirmauit. Caput. xviij.

Di. Non legisti videlicet hēricū gādauū doctissimū virū, et magnę in ꝑmis auctoritatis, quē noiatim nō mō Adrianus, sed quidā etiā alij iuniorū theologorū, quasi auctorē citāt huius opinionis. The. Ego vero legi, et totū locū ab istis citatū accuratissime cōsideraui. Sed henricus hoc dicit, qd oēs theologi cōfitētur. Quando peccatum (inquit) est ita occultū (vtar enim ipsius verbis) vt nō sit contra subditū super facto suo infamia vel suspicio talis, vt cōtra ipsum per inquisitionē opus sit procedere, prēlatus non debet petere a subdito, vt suū peccatū occultū confiteatur in capitulo, imo ipe grauiter peccat per hoc subditū suum de crimine suspectum faciēdo, et ipse subditus in casu isto non tenetur ei obedire. ideo ⁊ si prēlatus petat iuramentum suum super hoc expresum, vt di-

Angel. in sūma.

Coll. 1. q. 33.

26

cat de quo veritatē, quā nouit, nō debet in hoc ei o-
bedire, nec se ad iuramentū tale astringere, vlterius
si astringat ipsum generali iuramēto ad dicēdā veri
tatē sup interrogatis, et post modū petat specialiter
sibi dici veritatē casus predicti, dico qd̄ non tenetur
ei respōdere, Audisti Henrici verba, quorum sum
ma est, grauiter peccare iudicem, qui nec fama, nec
legitima suspicione ductus, hominē sibi subiectū ro
gat de crimīe occulto, nec rogatū teneri crimē suū cō
fiteri, nec iurare, nec si adactus fuerit generali sacra
mēto, iniquē iterrogāti respōdere. licet igit per He
ricū, et fas est, crimē occultum non cōfiteri, licet non
iurare, imperio iniq̄ iudicis neglecto, licet iurato nō
respondere crimen autē inficiari, falsum respōdere,
arte verborum mentiri, negare veritatem, per Hen
ricum non licet. per thomam vero multo etiam mi-
nus, cuius verba haud equidem grauabor recitares
si iudex (inquit) hoc exquirat, quod non potest secū-
dum ordinem iuris, non tenetur ei accusatus respō-
dere, sed potest vel per appellationem, vel aliter licet
subterfugere, mendacium tamē dicere non licet. Et
paulo post in eadē questione acusatus (inq̄t) nō tene-
tur veritatē cōfiteri, sed illā solū, quā ab eo pōt, et de
bet req̄rere iudex, secūdū ordinē iuris, puta cū p̄cesit
infamia sup aliquo crimine, nisi aliq̄ expressa indicia
apparuerint, vel etiā cū precessit ꝓbatio semiplena.
Hec aūt p̄fatus Thomas, ne q̄s se putaret posse cri
mē verū inficiari, que ratio esset expeditissima, subij
cit, falsitatē tamē ꝓponere in nullo casu licet alicui.

22.q.69.ar.1.

Ar.2.

ité vt oém verborũ arté ad crimé inficiandũ exclude
ret, hoc etiã ad scripsit. Non licet ei falsitaté dicere,
neq; etiã aliqué dolũ, vel fraudé adhibere, qr fraus
et dolus vim médacij habet, et hoc est se calumniose
defédere. Potuit ne thomas aptius istorũ damna
re sentétiã, q̃ docét fas esse reo crimé verũ sibi intétũ
arte verborũ inficiari? quanq̃ huius sentétie, si verũ
querimus, nõ tã Aq̃nas Thomas, quã Aurelius
Augustinus auctor esse dicédus est, vt indicãt eius
vba, que supra ex q̃nti psalmi expositiõe retulimus, Cap. 16.
idé pene qd̃ Thomas ait, declarãtia. Caput. xix.

Bi est igit doctorũ iste cõsensus, quomo-
do cõmunis oim sentétia videri põt, quã
ppositã Jo. Gerson non asserit, Scotus Ser. 2. pte.
aũt multo etiã minus, Henricus non pro alp. 34. p.
uat, cuius isti auctoritate nituntur, Thomas vero
perspicue damnat, q̃ omnes facile principes sue ac
inferioris etatis theologorũ habent, r quã Augusti
nus his nõ etate solũ, sed etiã auctoritate superior
multis in locis improbauit? et a qua discedũt cũ alij
iure põtificio periti, tũ in primis innocétius, et Nico
laus panormitanus, qui si quis iusiurandum socio Inno ca. qualit
dederit, nulli se arcanum ab eo sibi commissum indi- de accusatiõi el
caturum, huic licere negant, vt iuratus se nihil scire primo
respondeat. de quo (si queris) eadem mihi precipien Panor. ca. dile
da esse videntur, atq̃ in causa criminis occulti aliter ct9 de excess. pre.
cogniti. standum est enim promissis, presertim dato
iureiurãdo, et commissum arcanum, si recte id fieri
potest, diligenter occultandum. Sed si arcanum

27

commissum ab aliquo spectet in alterius aut reipu-
blicę malum. Fraterna correptio cuius christũ ha-
bemus auctorem, adhiberi debet, ⁊ male cogitan-
tis ptinacię criminis delatione, vti diximus obsisti.
atq; eodem modo, si conscius ad dicendum testimo-
nium iure vocetur. Nam moribus aut legibus offi-
cium suum obeunti iudici parendum est. nec iusiu-
randum vinculum esse debet iniquitatis (vt ait Au-
gustinus) ad fraudem aut iniusticiã, nec ob esse quo
minus sontes, ĩ quos iure inq̃rit veritate cognita ple
ctant, qd interest reip. quę lõge p̃ferẽda est priuatę.
alia ratio est, si arcanum de crimine penitus occulto
fuerit commissum, tunc enim cum ad rationem cri
minis occulti accedat fides data, ⁊ iusiurandũ, mul
to diligẽtius occultãdũ est arcanũ cõmissuz, ⁊ iniqui
iudicis temeritati, quemadmodum diximus obsistẽ
dũ. Vt igitur ad id, vnde sumus digressi redeamus
quantũ ponderis, huic Adriani. Io. Maioris, et
aliorum recentium minutorũ theologorũ sententię
tribueri oporteat, q̃ cũ cęterorũ antiquorũ, tũ in pri-
mis Mẽrici gãdaui auctoritate intentes, tuẽtur hãc
doctrinã, a qua tũ alij theologi veteres abhorrent,
tum in primis Mẽricus, ipse pro tua prudẽtia cõside-
ra. vt aũt intelligas q̃ dudũ cęperit ĩualescere cõmẽ
tũ istõ theologorũ ad excusandũ mẽdaciũ falsi testi-
monij in aliena causa, nullũ vt arbitror theologorũ
inuenies, q̃ ausus sit hoc palã asseuerare ante gabrie
lẽ theologũ doctissimũ. equalẽ põtificatus alexãdri
sexti, q̃ et ipse explicata scoti sentẽtia de reo suũ crimẽ

In epi. ad seuerũ et hẽt. 22. q. 4. intercete.

Iam bene loqt. de vno tã grauiter & eminẽter

occultũ simplr, sed artificio illo mẽtis inficiãte, negat illũ posse mẽdaciũ effugere, saltẽ officiosum, ac pinde pcẽm, cuius causam reddens Paulo post. qr verba (inqt) eius accipiunt, vt sonãt, et scõm cõmunẽ intelligẽtiã, scõm quã nõ sũt vera. qõ si verũest ẽt tũc, cũ crimẽ reus inficiat nõ iuratus, nullã enim vel hic, vt scotus mẽtionẽ facit iurisiurãdi, dubitari nõ debz, qn hoc auctore, si quis crimẽ sibi vere intẽtũ iuratus neget, is pcẽm mortiferũ incurrat, cũ mendaciũ officiosuz addito iure iurando pniciosum fiat, ppt dei, q testis efficit falsi, neglectã reuerẽtiã, qõ mẽdacij genus mortiferis pecẽis cõsensu oim ãnumerat. est. n. piuriũ et cõtra preceptũ decalogi. Aut igit dicẽdũ est, mẽdacia officiosa nõ esse pcẽa, qõ nec augustino, nec cuicq nobili theologo post Augustinũ placet, ac ne his qdẽ, quorũ tu sentẽtiã explicasti. aut q suũ crimẽ ad hũc modũ, dato iure iurãdo inficiat, se obstrigit mortifero pcto. quãto igit ille magis, qui in aliena causa mẽtit, ỏ quo nobis fuit suscepta disputatio. Phi. A tot, tanq grauiũ, z illustriũ auctorũ sententia difficile factu est sine iusta reprehẽsiõe dissentire. Quare sit iã modus huic disputationi, nã tibi eqdẽ assentior, his maximis auctoribus contra religionẽ esse, sciẽter verũ qcũq arte vborũ, iudici presertim inficiari, etiam in suo, nõ tantum in alieno periculo.

Finis.

Sūma siue index eorum:quę in hoc libro continentur per capita

Caput primmm.

Crimen occultum proximi celare tenemur lege diuina:et naturali.

Crimen occultum proximi licet indicare in alterius vel reip. periculo.

Vtrū sit parēdū iudici inquirēti de manifesto crimine:sed occulte admisso.

Homo non est iudex occultorum criminum:sed solus deus.

Caput.ij.

In crimina occulta:sed non penitus iudici licet inquirere

Parēdū est iudici non solum cum constat:ipsum imperare iusta:sed etiē cum de iusticia imperate rei dubitatur.

Si crimē est manifestū:licet iudici occultū auctorē inqrere:etiāsi nulla antegressa fama aut suspicione quisq̄ grauetur. Caput.iij.

Quid faciendum.si iudex plane inquirat in penitus occulta crimina ppositis censuris:et excommunicatione.

Celare verum sepe licet. inficiari nunq̄:nec p salute hominis.

De visitatis collegiorū et cenobiorum inquisitionibus seu visitationibus; et formula rogandi iuratos testes.

In commoda que sequuntur:si formula pretermittatur.

Quāo diuersa ratio sit sacerdotis nota per confessionē crimina negātis: et eiq̄ qui aliter nouit. Caput.iiij.

Explicātur rationes cur sacerdoti simpliciter inficiari liceat que nouit p confessionē:nō aūt si quis aliter occulta crimina nouerit.

Caput.v.

Interrogantis:et respondentis verba accipienda sunt secūdum cōmunē intelligentiam.

Quam vim habeat illa expositio mētiri est contra mentem ire.

Caput.vj.

Interpretatio verborum Gregorij dicētis oportere non verba: sed animū dicentis considerare.

De puerili amphibologia.qua quida vtunt̄ ad rōnē mēdacii tollendam.

Calliditas siue dolus dicentis:aut accipientis non tollit orationis veritatē: aut vanitatem.deniq̄ non mutat eius intellectum. Caput.vij.

Confutatur eorum ratio: qui mendacium:falsum respondentis excusant: quasi absit inficianti fallendi voluntas.

Quedam que inuoluntaria esse vidētur:probantur esse voluntaria Aristotilis et Augustini auctoritate

Quid sit fallere in definitione mendacij:et quod deceptiones q̄dā sunt ijs qui falluntur salutares. Caput.viij.

Non potest tempus incidere:cum sit cuiq̄ necesse peccare propter legum repugnātiam.

Omnium cuiusq̄ generis legū interpres est recta ratio: et q̄si moderatrix.

Caput.ix.

Summa omnium legum est: vt semper fiat:quod iustum et equum sit:pro erum ac temporum ratione et facultate.

Precepta decalogi non admittunt nouam interpretationem.
Comparatio ceterarum legum naturalium cum preceptis decalogi.
Caput.x.
Recte rationis iudicium est iudicium bonorum: ac prudentiũ virorum
In duarum legum contentione pretereunda est que minore vinculo: aut pauciorbus nexibus obligat: nec in eo peccatur. Caput.xj.
Cõparatio legis iubẽtis celare occlta crimia: ꝛ vetãtis peierare vel mẽtiri.
Quedã sponte facere non licet: que recte fiunt propter malum vitandum.
Quo in genere peccatum tollat iustus metus certi periculi.
Ratio et tempus celandi ac vicissim indicandi crimen occultum.
Caput.xij
Quãdo vir bonus vltro: quando rogatus aut iussus accedere vel secus debeat ad ferendum testimonium. Caput.xiij.
Quid faciẽdũ si iudex ꝓpositis cũ alijs penis tũ ẽt excõmunicatiõe inq̃rat de crimine prorsus occulto vel in quẽuis: vel aliquẽ nominatim.
Declaratur temeritas quedã sententie dissentientiũ ab auctoris opinione.
Caput.xiiij
Magni interest tũ ad famam: tunc etiam ad penam irrogandam crimen quis suum plane confiteatur: aut testimonium dicat in alium: an conticendo suspicionẽ duntaxat ingerat patrati criminis.
Tacere igitur tali tempore boni viri est: indicare iniusti: inficiari vani aut etiam periuri. Caput.xv.
Iudex q̃uis te iniuste cogat: vt respondeas: tamẽ vt falsum respondeas ne iubet quidem.
Augustini: thome: scoti ac ceterorum veterũ theologorum sententia.
Caput.xvj
Quanti referat crimẽ quis suũ occultũ inficietur vel inducet: an alienũ.
Declaratur preceptum illud diliges proximum tuũ: sicut te ipsum.
Caput.xvij.
Occasio erroris adriani: et ceterorũ iuniorũ nata ex vbis antiquorũ ꝓperã expositis q̃si nõ cõfiteri veritatẽ hoc sit qꝫ vitatẽ inficiari. Caput.xviij
Sententia henrici ad verbũ refertur: et itẽ thome: sed Augustinus ante omnes auctor esse huius opinionis ostenditur. Caput.xix.
Innocentij et panormitani et oliorum iure penitorum sententia de secreto commisso: que conuenit cum veteribus theologis.
Eandem esse rationem arcani de peccato commissi: ac criminis occulti aliter cogniti.
Ante gabrielem vielem: qui plane tuetur auctoris sententiam: nemo nobilis theologus oppositum asseruit.

Impressum in valle coli mense
Augusto. M.d.xxxviij.

CENTRO NACIONAL DE RESTAURACION DE LIBROS Y DOCUMENTOS.

Nueva encuadernación por carecer de ella.

nº de reg.:3281 abril, 1977